



BIBLIOTHECA  
UNIV. IAGELL.  
CRACOVIENSIS

katkomp.


35250

I Mag. St. Dr.

P

THEOLOGIA.

N. 306.



35250

I

P. 24  
et 25

# DIURNUS

SACERDOTVM CIBVS

AD MENSAM ALTARIS PRÆVIUS  
Seu

Considerationes de dignitate  
munere obligationibus &c  
Sacerdotij

POSNANIAE 1691. impressæ

SANDOMIRIAE autem 1733 reimpressæ  
unā

CUM OBSERVATIO-  
NIBUS LITURGICIS

R. P. GASP. DRUZBICKI

SOCIETATIS JESU

Collegij Graecorum ac alijs Societatis Pauli.

Ante & post Missæ Sacrificium prece-  
tionibus.

Tripis clari Collegij Sandomiricensis

Soci JESU.

# Regali Sacerdotio salutem.

959989

35. 250. 7

**D**iurnum, o Regale Sacerdotium, cibum  
pra manibus & oculis habes: idq; s;  
geminum. Primum Romæ Clem: IX.  
Anno. 1667. in apertione portæ aurea,  
piæ meditationi; alterum Incarnata  
Sapientia JESUS, in Sacramento Al-  
taris devoteæ consecrationi & sumptuoni  
apposuit. Primum condidunt dulcia scrip-  
turarum ac Patrum eloqua; alterum ple-  
næ suavissimis affectibus observationes Li-  
turgicæ, ac alia pietatis exercitia. Ad  
primum te invitat illa comminatio Osee.  
4 quia tu scientiam repulisti, repellans  
te ne Sacerdotio fungaris mihi; ad alte-  
rum ineffabilis amor JESU te allicit:  
Venite ad me & ego reficiam vos. In-  
trosumè utrumq; cibum hunc cum desi-  
derio, ut te priori conformes, et totum te  
transformes in alterum juxta illud  
Christi Domini: tu mutaberis in me: a-  
vale optime.

# HEBDOMADA PRIMA.

Die Dominico.

Dignitas Sacerdotum Regalis

Consideratio prima.

**I**N Lege Naturæ, & in Lege scriptæ,  
opud Gentiles, & Hebraos supra omnes  
mundi dignitates fuit in pretio Sa-  
cerdotium: Reges enim multis in orbis  
partibus erant Sacerdotes: & Deus illis  
tanquam Regibus tributa conferri iube-  
bat.

Apud multas nationes, Sacerdotes era-  
rant Iudices populi: Deut: 18. Iussit De-  
us. Venies ad Sacerdotes, & facies  
quodcunq; dixerint, lequerisq; sen-  
tentiam eorum: qui autem superbierit  
nolens obedire Sacerdotis imperio,  
morietur homo ille.

A Regibus summo in honore semper  
habiti sunt, ita ut Constantinus Imp in  
primo Concilio Niceno nunquam sedere

\*\*\* (27) \*\*\*

ausus fuerit, antequam Sacerdotes conse-  
dissent.

*Apud Hebraos summa dignitas filio-  
rum Regum erat Sacerdotum: Ideo Fi-  
lij David Sacerdotes erant.*

Sunt Sacerdotes superiores Regibus,  
unde Chrysost: Si vis videre. quantum  
abest Rex à Sacerdote, expende mo-  
dum potestatis utriq; traditæ, & vide-  
bis Sacerdotem multò sublimius Rege  
sedentem. Sacerdotis thronus in cœlo  
positus est, de cœlestibus negotiis pro-  
nunciandi habet auctoritatem,

*D. Greg: Nazianz. super illa verba  
Apoc. [Feistis nos Deo nostro Regnum,  
& Sacerdotes] ait: Imperium enim  
nos ipſi gerimus, multò etiam præ-  
stantius, & excellentius Regno terreno.*

### Feria II.

*Sacerdotes sunt plus quam homines,  
sunt Angeli.*

*Consideratio secunda.*

*Tunc Christus voluit inferre Sacerdo-  
tes esse plus quam homines, cito*

*enim ait: Quem dicunt homines esse filium hominis: postea conversus ad Apostolos ait: Vos autem quem me esse dicitis.*

*Et Glossa Interlinearis super illud Pauli ad Hebr: 5. [ omnis Pontifex ex hominibus assumptus ] id est ex communione hominum statu, super alios elevatus.*

*Malachias ait: Sacerdos Angelus Domini exercituum est Super quæ verba S. Ioan Chrysost. Sacerdos Dei verissime Angelus, id est, nuntius dicitur, quia Dei & hominum sequester est.*

*Et Ior Ap: scribens septem Episcopis Orientalium Ecclesiarum vocat eos Angelos*

*Paulus ad differetiam sacerdotiorum, qui sunt Angelis terrestres, ait ad Galatas.*

*Et si Angelus de cœlo, &c.*

*Mandavit idem Apostolus velari capita mulierum in Ecclesijs propter Angelos. id est propter Sacerdoles, ne oculis eorum contaminarentur.*

*D. Hieron. In Carne preter carnem vivere, Angelica vita est.*

**I**ean: Ap. Qui non nubent, neque nubentur sunt sicut Angeli Dei. idcirco quatuor Angelorum proprietates æmulari debemus: Scientiam, Castitatem, custodiām ovium Christi, & Legationem apud Deum pro peccatoribus.

Feria. III.

Sacerdotes sunt Amici Dei.

Consideratio. 3.

**I**mperator ille Saculorum, qui nullam habet sibi creaturam aqualem, immo in eius conspectu cœli non sunt mundi, & quæq; nobilior creatura est vermiculo inferior: attamen pluries dignatus est Amicos appellare Sacerdotes, postquam eos consecravit cum ait: iam non dicam vos servos, non enim haec patitur dignitas vobis collata, sed amicos: & alibi. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini, unde D Greg. Papa exclaims O! mira Divinæ Bonitatis dignatio! servi digni non sumus, & vocamur amici: quanta dignitas est! Sacerdotes esse amicos Dei, magna & splendida ista præmia sunt.

Vere

Verè in praxi Deus Sacerdotes, ut Amici  
cos carissimos tractat: nam si amicorum  
omnis communia, Deus non solum com-  
municavit bona fortuna, Naturæ, Gra-  
tiae, & Gloria, sed [ quod est infinite  
admiratione, & amore dignum ] com-  
municavit etiam propriam carnem, &  
sanguinem.

Solent insuper amici inter se mutuo re-  
velare secretiora ærcana; & hoc Deus  
homo fecit, ut ipse testatur, dicens: Om-  
nia quæcunq; audivi à Patre meo, no-  
ta fedi vobis.

Amicorum mensa communis. Nescivit  
Rex David melius remunerari fidelissi-  
num amicum, quam dicendo illi Tu co-  
medes panem in mensa mea semper.

Invitatus Aman, à Rege Assuero  
quam gloriabatur repetens. Cras cum  
Rege pransurus sum! Sed ô quam lar-  
gè hoc munus contulit amicus IESVS, cum  
postquam sua carne in Mensa pavit no-  
vos Sacerdotes, ait illis. Ego dispono  
vobis sicut dispotuit mihi Pater R-  
gnum,

ut edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo: & ideo quotidie Sacerdos invitatur ad mensam Altaris, ubi in cibum illi dantur carnes amicti IESV. O mira dignatio! O Charitas!

## Feria IV.

Sacerdotes sunt Dij.

## Consideratio 4.

**A**uctoritas absolvendi à peccatis est opus Dei: unde, quando Christus ait: O homo remittuntur tibi peccata tua; exasperunt turbæ dicere, quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Elegas semel tantum clausit, & semel aperuit calum, ut prohiberet, utque aperiret fontes aquarum; sed Sacerdos nullies in die potest claudere calum, & aperire, ut fluant è sinu Altissimi fluentia gratiarum.

Bene igitur David Filios Dei Sacerdotes vocat, dicens: Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios acletum. & alibi. Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicatis. Ego dixi Dij estis: &

¶ alibi. Nolite tangere Christos  
meos.

Quodammodo (sane loquendo) videnuit  
plus quam Dij, dum toties in Altare Dei  
um, & humanitatē eius. SS. benedicūt.

Vult Deus, ut Sacerdotes suani prope  
immensam dignitatem intelligent; unde  
postquam illos ordinavit, ait. Scitis quid  
fecerim vobis? ideo filios Heli vocat filii  
os Diaboli, eo quod Sacerdotalem digni-  
tatem non agnoverint. Filij Heli, filij  
Belial, nescientes Dominum; neq; offi-  
cium Sacerdotale.

Deus ipse summopere honorat Sacerdo-  
tes, & vult, ut honorentur ab homini-  
bus: ait enim: Nolite tangere Christos  
meos. Et. Qui tangit me, tangit pu-  
pillam oculi mei. & per os Spir. S. In  
tota anima tua time Deum, & Sacer-  
dotes honora, & alibi Honorifica Sa-  
cerdotes. Et IESVS bis misit leprosos,  
& infirmos ad Sacerdotes; et quamvis  
soiret illos esse Hypocritas tristes, attamen  
ait: Omnia quæcunq; dixerint vobis, ser-  
vate, & facite. Et ipse Deus. A

¶

**E** Homo, promptissimè & quam sa-  
pissime obedit Sacerdoti ad nutum eius,  
descendens in Helliam & Calicem.

Feria V.

Dignitas Sacerdotalis (sententijs SS.

Patrum comprobatur.

Consideratio 5.

**D.** Dionys Areopag. Qui Sacerdo-  
tem dicit, augustiorem proflus,  
Divinumq; virum insinuat, totiusq;  
sanctæ scientæ peritissimum.

**D.** Ignat. Episc. Sacerdotium est  
apex bonorum omnium, quæ sunt in  
hominibus.

**D.** Greg. Nazianz. Num sibi hono-  
ris expers videtur hoc Sacerdotium,  
quod ipsi quoq; Angeli, purissimi Deli-  
cultores venerantur, tanquam ipsorum  
cultui minime impar.

**D.** Ambros. Nihil est in hoc sæculo  
excellentiùs Sacerdotibus, si quod su-  
mus professione, actione potius, quam  
nomine demonstraremus, ne sit nomen  
inane, & crimen immane, ne sit ho-  
nor sublimis, & vita deformis. **D.**

D. Io. Chrysost. Sacerdotibus commissum est, ut ea, quæ in cælis sunt, dispensent: ijs datum est, ut potestatem habeant, quam Deus Optimus Maximus, nec Angelis, nec Archangelis datam esse voluit; neq; enim illis dictum est, quæcunq; ligaveritis super terram erunt ligata & in cælis, & quæcunq; solveritis super terram, erunt soluta & in cælis. Etenim quid nam hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerum celestium potestatem, illis à Deo esse concessam. Quid cum hoc honore conferri potest? Sacerdos sedet Iudex in terra, & Deus sequitur ejus sententiam, atq; confirmat, ut quidquid hic in inferioribus judicaverit, hoc ille in superioribus comprobet:

### Feria VI.

Ex D. Io. Chrysost: sententijs dignitas Sacerdotis ostenditur.

#### Consideratio 6.

**S**i quis consideret, quantum sit mysterium Eucharisticum, probè is intelliget, quanta dignitate A6 Sa;

Sacerdotes, Spiritus Sancti gratia, dignati fuerint.

Cogita quali sis insignitus honore, quali mensa fruatis, quod Angeli videntes exhorrescunt, nec libere audent intueri propter emicantem inde splendorem: hoc nos pascimur, huic unum, & facti sumus unum Christi corpus, una caro. Audiamus ergo Sacerdoti quali mensa facti sumus digni, & horreamus. Sanctis carnibus suis nos dedit impleri, semetipsum apposuit immolatum, quænam igitur erit nobis excusatio, cum talibus pasti, talia peccemus. cum lupi sicut agnum comedentes, Terribilia, & honorifica sunt, quæ administrat Sacerdos. Non mortalis quispiam, non Angelus, non alia quævis creata potentia, sed Deus ipse ordinem Sacerdotalem disposuit; ideo Sacerdos Rex dicendus est: & multò honoratior. Nam si de bonis cælestibus agatur, Rex ad Sacerdotem, non Sacerdos ad Regem configere solet.

Sabbate.

V. C.

Verbis D. Augustini confirmatur dignitas Sacerdotum.

*Consideratio 7.*

**O** Veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus, veluti in utero Virginis, Dei Filius incarnatur: ô sacramentum mysterium, quod per vos Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus operatur. Uno eodemque momento idem Deus, qui praesidet in caelis, in manibus vestris est in Sacramento Altaris. O venerabilis sanctitudo manutum. O felix exercitium, ô vere mundi gaudium! Christus traxit Christum, id est Sacerdos Delicium, cuius sunt deliciae esse cum filiis hominum, & quod datum non est Angelis, concessum est homini.

Sacerdos hoc ineffabile conficit mysticum. & Angeli conficiunt sibi, quasi famuli assistunt. Super hoc tam insigni privilegio stupet caelum, miratur terra, veretur homo, horret infernus, contremiscit Diabolus, & veneratur quamplurimum Angelica celsitudo.

Si beatus est venter, qui novem  
mensibus Christum portavit, & beata  
debent esse corda eorum, in quibus  
quotidie eligit hospitium Filius Dei. Si  
beata sunt ubera, quæ parvulus suxit,  
beatum debet esse os, quod carnem  
eius sumit, & sanguinem fugit.

## HEBDOMADA SECUNDA.

Die Dominico.

Admirabilis unio Sacerdotis cum  
Christo in Eucharistia.

Consideratio 8.

**A**it Veritas, qui manducat meam  
carnem, & bibit meum Sangui-  
nem, in me manet & ego in eo.

Ideo paul. Vivo ego, jam non ego;  
vivit vero in me Christus;

O matrimonium purissimum! cui con-  
gruit: Iam non sunt duo, sed una ca-  
ro. Et Erunt duo in carne una. Sacra-  
mentum hoc magnum est, ego autem  
dico in Christo & in Ecclesia. ait  
Paulus qui subiungit. Membra sumus  
corporis ejus, & de carne ejus, & de  
osibus ejus.

S.

**S. Cyrillus.** Si quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera commisceat, necesse est; ita qui carnem & sanguinem Domini recipit cum ipso ita conjungitur; ut Christus in ipso, & ipse in Christo loveniatur.

**D. Greg.** Nisi? Sicur parum fermentis sibi assimilat totam consperionem, ita Corpus Christi cum fuerit intra nos, totum ad se transmutat, transfert.

**D. Ioan.** Chrysost. Nos secum & ut ita dicem in unam massam reducit neq; idem fide solum, sed re ipsa nos suum corpus efficit.

**Ideo S. Agnes aiebat:** Iam corpus ejus corpori meo sociatum est, & sanguis ejus ornavit genas meas.

**D. Ioan Chrysost.** Ut itaq; non tantum per eharitatem hoc simus, verum ipsa re in illius misceamur carnem, hoc per escam efficitur, quam largitus est nobis.

Ea re nos alimur, quam Angeli videntes tremunt.

Quam strictè ratio reddenda à Sa  
cerdotibus in die Iudicij.

Consideratio 9.

**Q**uantum discriminem iuns erit inter  
examen Laici, & Sacerdotis, inter  
sicutum communem, & sicutum sanctuariori  
ó quanta disquisitione unica Missa ven-  
tilabitur quo fine, quo modo, qua ani-  
ma accessisti ad tremenda mysteria. Cui  
multum datum est [ ait I E V S ) mul-  
tum requiretur ab eo; & cui commi-  
daverunt multum plus petent ab eo.  
Tibi ó Sacerdos commendati sunt Thesau-  
ri omnes sapientiae, & Scientia Dei in  
Christo siti, tibi data est potestas in cor-  
pus verum, & in mysticum Christi, Ti-  
bi data claves celi, ut aperias & claus-  
das illud Laicis. Vide ergo, ne tibi fors  
Balthasaris contingat in hora exitus tuus,  
ne tuus Angelus tibi dicat, appensus es  
in statera, inventus es minus habens,  
cui consequitur. Projicite eum in tene-  
bras exteriores, &c.

**D. Hieron.** Sacerdotes in die Iudicij  
magis supplicijs torquebuntur, &

& hoc Domini fiet iudicio, ut qui plus acceperunt, plus exigatur ab eis.

D. Chrysost. Auctor, ut afferunt, operis imperfetti dicit rem horrendam. Laicus in die Iudicij stolam Sacerdotalem accipiet, & à Deo Chrismate ungetur in Sacerdotem: Sacerdos autem peccator spoliabitur Sacerdotij dignitate.

### Feria III.

Sequitur id: Argumentum.

#### Consideratio 10:

**S**Crutabor Hierusalem in Eucernis  
aut Spiritus Sanctus & Petrus Apo-  
lus. Tempus est, ut incipiat judici-  
um à domo Dei. Id est à Sacerdotibus!  
& o quām tremendum iudicium, fratres  
nobis imminet.

Audite Sacerdotes & attendite, quis  
vobis iudicium est, quoniam laqueus  
facti estis speculationi, & sicut rete ex-  
pansum super Thabor. Osea 5.

D. Chrysost. Verè magna confu-  
sio Sacerdotum quando Laici inveni-  
untur fideliores & justiores. Quapro-  
pter ait Petrus Apoß. Esa.

Fratres magis satagite; ut per bona  
opera certam vestram vocationem, &  
electionem faciatis.

D. Bern. Si altiorem & non melius  
item esse delectat, non præmium, sed  
præcipitum expectemus.

D. Io. Chrysost Grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis ruina, si peccent: lætemur ad atcen'um, sed timeamus ad lap'um: non est tanti gaudij excelsa tenuisse; quanti majoris de sublimiori corrueille.

D. Greg. Papa. In illud estote parati,  
quia qua hora non putatis, si ius hominis veniet.) ait: tollite considerare nos admonet fratres, ne nos qui plures cæteris in mundo accépisse certimur ab auctore mundi, gravius inde iudicemur.

#### Feria IV.

Quanta perfæctio, & Sanctitas requiriatur in Sacerdote.

#### Confideratio II.

**L**ongè maior requiritur sanctitas in Sacerdote, quam in Monachos hoc

• *Bec patet in Sacris Canonibus, & antiquis. Hieron: scribens ad Rusticum ad. nachum ait. Sic vive in Monasterio, ut merearis Clericus esse: multo tempo. re disce, quæ post modum doceas.*

*D. Chrysost. Monachorum certamen ingens, verum si conferas, cum recte administratio Sacerdotio tantum discri- men comperies, quantum inter priua- tum, & Regem,*

*Tanta erat sanctitas quorundam Sa- cerdotum Synagoga, ut ad aperiendam Arcam viam per medium Iordanis sufficeret, ut pedibus Sacerdotalibus calcare- tur iter undosum, & sic siccato alveo pertransiit Arca. Sacerdotes solo tubarum tinnitu muros Hiericho destruxerunt.*

*Elegit Deus Sacerdotes, ut Aaron ab omni vivente offerret illi sacrificium, & placaret pro populo suo.*

*D. Io. Chrysost. Splendore vita totū illuminantis orbem, splendere debet animus Sacerdotis. Id. Vehementer Ec- clesiast. Dei destruit, meliores Laicos. inveniri, quam Sacerdotes. Feria.*

Feria V.

Verbis Christi, & Apostolorum Petri  
& Pauli, & Concilij Tridentini,  
confirmatur præcedens doctrina  
Consideratio. 12.

**S**uam sanctitatem requirit Christus  
in nobis, dum ait: Vos estis lux mun-  
di, Sal terræ, Pastores ovium, Piscato-  
res hominum, Iudices sæculi, Disci-  
puli, & amici Dei.

Ideo Apost. ait. Repurgemus dile-  
ctissimi nos ab omni inquinamento  
carnis, & spiritus, perficientes sancti-  
ficationem in timore Dei, nec ulla ali-  
qua in re dantes offensionem, ut non  
vituperetur ministerum nostrum, sed  
in omnibus commendemus nosme-  
tipos, ut Dei ministros.

Conec. Trid. init. sess. 14. ait. Clerici  
Laicis in vita, sicut in officio præce-  
dant. **O** alibi. Moneant Episcopi suos  
Clericos, ut conversatione, sermone,  
& scientia Dei populo præeant, me-  
mores ejus, quod scriptum est; Sancti  
estote, quoniam ego Sanctus sum. **D.**

**D. Petr.** *Apost. sc̄e concludit.* Vos autem genus electum, Regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes eius annuntietis, qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum.

**Council. Trid.** Clerici levia delicta (quæ in ipsis maxima essent) effugiat, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.

Sic vivant Clerici, ut possint cum Paulo Ap. dicere. Nostra conuersatio in cælis est, non in plateis, non in theatriis non in commissariis, & ludis, sed in cælis, in Cella, in Ecclesia, in Hospitalibus, & Oratoriis.

### Feria V I.

Sacerdotum crimina, quam graviter lèdant Divinam Majestatem.

### Consideratio 13.

**D. IU. Chrysost.** Nulla re Deus malis offenditur, quam quod indigni, & peccatores Sacerdotij dignitate præfulgeant.

**Ideo.** Si privatim pecces, nihil

nihil tale paſturus es; ſi in Sacerdotio peccas, periisti.

*Idem.* Dico horribile quoddam, atq; tremendum: non eſt ita malum in Ecclesia Dei dæmoniacos eſſe, ſicut Sacerdotes, qui peccatorum fordinibus inquinatur: hoc enim poffimum eſt, ut ait Paulus Christum conculcare, & ſanguinem eius pollutum ducere, & ſpiritu gratiae contumeliam facere. Nullus igitur impuro animo, ſicut Iudas Panem cæleſtem aſlumat.

*D. Auguſt.* Gravius peccant indignè offerentes Christum regnante in cælis, quam qui eum cruciſixerūt ambulante in terris.

*D. Greg. Papa.* Nullum puto fratres charifimi, maius præiudicium ab aliis quam à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correptionem posuit, dare de ſe exempla pravitatis certnit, quando ipſi peccamus, qui compescere peccata debebamus.

*D. Io. Chrysost.* Graviora fiunt vulnera, propter Sacerdotis, qui

qui ea cōmisit, dignitatem.

*Sabbatho.*

Verbis S. Scripturæ comprobatur præcedens veritas.

*Consideratio 14.*

**O** Quam amarè conqueritur Deus a: pud Hier: dicens. Quid est, quod dilectus meus in Domo mea fecit Icer-lera multa. Et Psal. 54. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuisse-ut q; tu verò Dux meus, & notus me-  
us, qui simul tecum dulces capiebas  
Cibos. Id. est in mensa Altaris; Et apud  
Malach 2. Vos autem recessistis de via;  
& scandalizastis plurimos in lege.

*Et Malach. 1.* Filius honorat Pa-trem, & servus Dominum suum, si er-go pater ego sum, ubi est honor me-  
us, & si Dominus ego sum, ubi est  
timor meus, dicit Dominus exercitu-  
um: ad vos Sacerdotes, Et per os  
Isata tenere flet ingratitudinem Ec-  
clesiarum dicens. Filios enutri-  
vi, & exaltavi, ipsi verò spre-  
verunt me,

trivi mea carne, & sanguine; exaltavi  
ad Sacerdotium, apicem omnium bono-  
rum, ipsi vero peiores ludâ. & Satanâ suis  
sceleribus, Spreverunt me, Deum sum-  
num bonum.

## HEBDDOMADA TERTIA.

Die Dominico.

Quam severè Sacerdotum culpas casti-  
gat omnipotens.

**A**MOS 3. Deus sic ait. Quia tantum modo vos ( id est Sacerdotes ) cognovi ex omnibus cognationibus ter-raz, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.

Deut. 21. Sicut antea lætatus est Dominus super vos benefaciens vobis, sic lætabitur subvertens vos, atq; disperdens. Intelligite hoc Sacerdotes qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.

Nobis Sacerdotibus dictum est illud Psal. 68. Fiat mensa eorum coram ip- sis in laqueum. Rarò obliviscitur Deus peccatorum Sacerdotum. De peccato He- li ait. Idekroo juravi do.

domui Heli, quod non expletur inquit.  
tas Domus ejus usque in sempiternum.

Peccatum Ozæ levissimum quam se-  
verè punitum fuit. Iratus est Dominus  
indignatione contra Ozam, & percussit  
eum, & mortuus est ibi juxta arcam: O  
terribilia Iudicia Dei! quis non timebit te  
Rex virtutum?

Numquid carnes sanctæ auferent à te  
malitias tuas in quibus gloriata es? Hier.  
xi. noli hoc sperare, ô anima pravarica-  
trix.

Feria II:

Sequitur idem Argumentum,

Consideratio. 16.

**P**osquam Deus Ezechielis offendit abo-  
minationes futurorum Sacerdotum, ait

Non parcet oculus meus, nec mis-  
serebor, & cum clamaverint ad aures  
meas voce magna, non exaudiam eos.  
Hoc est contra illam sententiam toties. ē  
suggestis decantatam, sed à me nunquam  
in scriptaris inventam. In quicunq; ho-  
ra ingemuerit peccator, peccatorum e-  
ius non recordabor amplius. Nunquam

hic locutus es Ezechiel, sed verē capite 19.  
num 21, ait. Si autem impūs egerit pā-  
nitentiam ab omnibus peccatis suis, quae  
operatus est, & custodierit omnia p̄r-  
cepta mea, & fecerit judicium & justi-  
tiam, vitā vivet, & non morietur: o-  
mnium iniquitatum ejus, quas operatus  
est, non recordabor.

*Per os Malach; ait Deus. Et nunc ad  
vos mandatum hoc ô Sacerdotes; si no-  
veritis ponere super cor, ut detis glo-  
riam nomini meo, mittam in vos ege-  
statem, & maledicam benedictionibus  
vestris & dispergam super vultum vestrū  
stercus solemnitatu n vestrarum. O com-  
minatio tremenda, & planè horribilis!*  
*Et paulò post ait. Propter quod, & ego  
dedi vos contemptibiles, & humiles in  
omnibus populis sicut non servasti vias  
meas Propter scelera nostra permittit  
Deus nos parvipendi à laicis, & gravari  
penitentiis à Pralatis. Quid ergo agendum,  
ut tanta flagella vitemus? Custodiā  
præcepta mea ut non subjaceant pecca-*

(25)

to, & moriantur in Sanctuario Levite  
Feria II.

Sequitur Idem Argumentum.

Consideratio. 17.

**I**N Revelationibus S. Brigittæ sapissime Deus conqueritur super iniuriam Sacerdotum, exaggerans gravitatem &c. vocans eos: pejores Iudeis & paganis, & omnibus alijs delinquentibus, afferens majora tormenta inferni esse illis reservata, & majori suppicio puniendos quam Iudam. Et in quodam capite replete eos militie horrendis maledictionibus & infine maleficit JESUS, quidquid edunt, bibunt, tangunt, elementa quæ eos sustentant, & illæ Revolutiones sapientia ab Ecclesia approbatæ fuerunt.

Deut. c. 48. Percutiet te Dominus ex gestate, febri, frigore, & ardore, & æstu, & aere corrupto, ac rubigine, & persequetur donec pereas.

Punivit Deus Moysen & Aaron Sacerdotem propter peccatum leve reputatum,

petra, & nolens propter hoc eos ingredi terram promissionis.

Nadab, & Abiu filii Aaron statim ac fuerunt à Deo morte improvisa percussi, quia in thuribulis posuerunt ignem non institutum à DEO; peccatum, prima facie, admodum leve. Quid fiet de Sacerdotibus, qui vel vendunt Christum ignem Divinum, vel ignem Luxuriaz ad aliare circumferunt. Heu horror!

#### Feriæ IV.

Deus ideo severè punit culpas Sacerdotum, quia ipsi sunt petra scandali, & causa peccatorum populi.

#### Consideratio. 18.

**D**Greg. Ruina populi maximè exculpa Sacerdotum fuit.

Et alibi. Qianto mundus gladio, ferriatur a spiculis, quibus quotidie percussionibus populus puniatur, videntis; ex cuius hoc? ex Sacerdotum peccato agitur. Nos pereundi populo autores mortis existimus, qui esse debemus Duces ad vitam; ex nostro pec-

cato

eato populi turba prostrata est, quia nostra negligentiâ, ad vitam erudita non est.

*D. Bern.* Misera Sacerdotum conuersatio. Dominicæ plebis miserabilis subversio est.

*Ambr.* Populum videmus nugacem, & indectum, eo quod tales habent Sacerdotes.

*D. Io Chrysost.* Si Sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus convertitur ad peccandum, ideo Sacerdotes non solum pro suis, sed pro omnium peccatis rationem reddituri sunt!

*D. August.* Quid in die judicij futurum est de Sacerdotibus, à quibus sunt omnes animæ exquirendæ?

*D. Chrysost.* Sicut de templo omne bonum egreditur, sic & de templo omne malum procedit; cum videris populum in disciplinatum, cognosce, quia in Sacerdotibus culpa est.

*Hieremias & Ezechiel aiunt vastationem illam horrendam Hierusalem factam à Chaldais processisse ob peccata Sacerdotum.*

*Feria V:*

Summopere tenentur Sacerdotes dare  
de se populo exempla virtutum.

*Consideratio. 19.*

*S*icut & Iudith aurea verba, Vos estis  
Præsbyteri in populo Dei, & ex vo-  
bis pendet anima eorum, ad eloqui-  
um vestrum corda eorum erigite.

*D. Paulus ait Tito.* In omnibus te i-  
psum præbe exemplum bonorum ope-  
rum, in doctrina, in integritate, in gra-  
vitate.

*Et alibi.* Si nos existimet homo, ut mi-  
nistros Christi, & dispensatores myste-  
riorum Dei.

*Concilium Tridentinum.* Nihil est, quod ali-  
os, magis ad pietatem, & Dei cultum af-  
fiduè instruat, quam eorum vita, &  
exemplum, qui se divino ministerio de-  
dicarunt: in eos, tanquam in speculum,  
reliqui oculos coniiciunt, & ex eis su-  
munt quod imitantur; quapropter sic de-  
bet Clericos in Domini fortem vocatos,  
vitam, moresq; suos componere, ut  
habi-

habitu, gestu, incesu, sermone nihil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum præferant.

### Feria VI.

Scientia quam necessaria in Sacerdote.

#### Consideratio. 20.

**O**seas. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi, Grandis comminatio!

**M**alachias. Iabia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore ejus. **F**ussit Deus Sacerdotibus, ne biberent vinum. Ut haberent scientiam discernendi inter sanctum, & profanum.

**D.** 10. **C**hrysost. Ad Sacerdotem pertinet, non solum scire legem, sed ad interrogata respondere de lege.

**I**dem Quid est sacerdotale eorū, nisi Arca testamenti, in qua spiritualis doctrina viget, tabulæ legis jacent. Et tamen hodie, quanta ignorantia viget in Clero, quæ non esset, si Episcopus initiantdos, publicè docere juberet doctrinam Concilii, & Catechismi: nec ullos admittend

ret ad examen , nisi prius per octo dies sp̄e  
ritualibus exercitijs se munierint & publicē  
doctrinam Christianam exerceuerint;

S. Furso Episc. rapto ad videnda ater-  
na supplicia , dixit Angelus Orbem ferē-  
torū superiorū cujusq; ordinis negligentia  
interire.      Sabbatho.

Impuritas, quam enorme scelus in  
Sacerdore.

*Consideratio 21.*

**H**omo, qui accesserit ad ea, quæ san-  
ctificata sunt, in quo est immunditia  
peribit coram Domino. Levit 22  
Ora cecidit mortuus ante Arcam, quia,  
secundum aliquos Doct. fuerat cum uxore  
nocte antecedente.

Filios Heli tam horrendè punivit Deus, quia  
parum casti essent in illis sacrificiis quæ e-  
rant mera umbra sacrificii nostri. S. Teres-  
sia vidit duos Damones suffocantes Sacer-  
dotem ad Altare, quia erat pollutus; &  
nisi ipsa orasset, mortuus ad Altare ceci-  
disset.

**D.** Paulus, Nescitis quia tempium Del-  
estis

estis, si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Si Laicus est templum Dei, quanto magis Sacerdotes.

*Alibi.* Nescitis quia corpora vestra membra sunt Christi, tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? Absit, Christus, qui è Virgine nasci voluit, & in celis stat semper, septus chorus Virginum, qui sequuntur Agnum, quomodo patietur se tractari manibus immundis, sumi ore illò polluto, quod paulò ante basia meretrici impressit. Sic ait Hieronym.

## HEBDOMADA QUARTA.

Die Dominico.

Sequitur idem Argumentum.

Consideratio. 22.

**D.** Hieron. super verba Ezech. Sacerdotes ejus polluerunt Sanctum, ait. Corpus Christi polluet, qui immundus accedet ad Altare.

**D.** Joan Chrysost. Illi qui non mandâ animâ corpus Christi accipiunt, idem supplicium perferunt cum illis, qui eum clavis cruci affixerunt.

D. Paul. Heb. Irritum quis faciens  
præceprum Moysi, absq; ulla miseratione  
duobus vel tribus testibus moritur; quan-  
tò magis putatis deteriora mereri sup-  
plicia, qui Filium Dei conculeaverit, &  
spiritui gratiæ contumeliam fecerit.

Pœnitentias gravissimas sacri Canones  
& concilia pro fornicatione imposuerunt,  
inter quos Gratianus distin. 83. refert  
hunc Canonem.

Præsbyter, si fornicationem fecerit,  
decem annis pœnitentia in hunc modum:  
tribus mensibus solo pane, & aqua hu-  
mi semper prostratus in saccoveniam im-  
ploret; postea unum annum cum dimi-  
dio in pane, & aqua expleat, exceptis  
Dominicis & Festis; deinde usq; ad septi-  
mum annum tres dies hebdomadæ in pa-  
ne, & aqua jejunet; à septimo anno us-  
que ad decimum in pane & aqua, se-  
xtâ Feriâ jejunet. Hoc certum est; quod  
à Canonibus sacris Clerici ob simplicem  
fornicationem perpetuo irregulares declara-  
bantur.

Feria

Feria II.

Sequitur idem Argumentum!

Consideratio 23,

V. P. Magister Avila narrat de quodam  
Sacerdote impuro cuius manus ad Altarē  
tare exustæ remanserunt: Alius dum su-  
miceret Corpus Christi crepuit.

D. Paulus scribit multos in primitivā  
Ecclesia, ob indignè sumptuam Eucharistię  
am morte improvisa, vel longa infirmi-  
tate perijisse. Ideò inter vos multi infirmi,  
& imbecilles, & dormiunt multi.

D. Ioan Chrysost. narrat suis temporie  
bus multas publicas infirmitates accidisse,  
ob indignè sumptuose Sanctissimum Sacra-  
mentum. Ideò Fratres ait D. Cypri. unus  
quisque consideret, non quod aliis pas-  
sus sit, sed quid ipse pati meteatur. ne  
evasisse se credat, si interim poenam distua-  
lebit, cum timere plus debeat, quem sibi  
Dei Iudiciis centura reservavit.

O quam horrendum est incidere in  
manus Dei viventis, qui ait, mihi vindiq-  
cta, & ego retribuam. Pleni sunt An-

nales terribilium casuum quos ob brevitatem non refero. Ideo Sacerdotes qui accedunt ad Dominum sanctificantur ne percutiat eos Dominus.

D. Dion Cart. ait.: Angelum revelasse Servo Dei, fere nullos in Purgatorio Sacerdotes inveniri eō, quia, qui sancte vivunt, illico calum intrant, vel parum in igne morantur; cæteri, qui impuré vivunt, damnantur. non permittens Deus ob gravem injuriam illatam Ordini, & Sacramento, ut verè pæniteant: cui concordant. D. Ioh. Chrysostomi verba. Non temerè dico; sed ut affectus sum, ac sentio: non arbitror inter Sacerdotes multos esse qui salvi fuant, sed multò plures qui pereant, in causa est, quia res excelsum requirit animū, & innumeris oculis illis opus est undique.

### Feria III.

Summa debetur cura in castitate servanda, exemplo Sacerdotum Gentilium.

### Consideratio 24.

**A**Theniensēs Sacerdotes vivebant in spē luncis ne ut ait Plut contagione a liqua

Hiqua, eorum castitas labefactaretur.

Sacerdotes Ægyptij carnibus, vino & omni obsonio abstinebant, longè à mulieribus, & propinqui s̄ semper in Templo; panem, & oleum raro, lac & ova edebant nunquam. Cubile de foliis palmarum, bidui, triduiq; inediam sustinentes, ut humores corporis nimiā, victus castigatione siccarent.

*Hec D. Hieron. & hi non erant Monachi Thebaidis, sed Gentiles! quid fiet de nobis in Iudicio comparatis cum Sacerdotibus Daemonis?*

*D. Chrysost: Sacerdotem Christi sic necesse est esse purum, ac si in cælis ipsis collocatus, inter cælestes illas virtutes medius staret.*

*Idem: Quo igitur non oportet esse priorem tali fruentem sacrificio? quo solari radio non splendidiorem manum, Coronem Christi dividentem, os, quod igne Spirituali repletur; linguam, quæ tremendo nimis sanguine rubescit.*

*D. August. O Sacerdotes, si anima cuius*

cujuslibet justi sedes est Dei: multò ma-  
gis sedes & templum vos esse debetis  
mundum, & immaculatum, Carnes ergo  
vestras timore ejus configite.

*Feria IV.*

Sacerdotes tenentur vacare à curis  
secularibus, ut orationi, studio,  
verbo Dei, Sacramentis, &  
piis operibus dent ope-  
ram.

*Consideratio. 25.*

*IN Canone quodam Apotholorum legitur*  
ita: Episcopus, aut Sacerdotes, aut  
Diaconus nequaquam saceruli curas assu-  
mant, sin aliter, deiscantur. & in alio  
*Canone.* Non oportet Episcopum, aut  
Præbyterum aut Diaconum publicis se  
administrationibus immittere, sed vaca-  
re, & commodum se præbere usibus Ec-  
clesiasticis. In animum ergo inducant  
hoc facere, aut deponantur; nemo enim  
potest duobus Dominis servire.

*Concil. Carthag.* Episcopus, vel Sacerdos  
tuitiōnem testamentorum non suscipiat;

&

& nullam ad se rei familiaris curam rei  
vocet: sed lectioni, & orationi, & ver-  
bo prædicationis tantummodo vacet.

Clemens PP. Sacerdotem oportet irre-  
prehensibiliter vivere, & summo studio  
niti, ut omnes vitæ hujus occupationes  
abiciat, nè fidejussor existat, ne advo-  
catus litium fiat, neq; in ulla aliqua oc-  
cupatione prorsus inveniatur mundialis  
officii occasione perplexus, ne præfoca-  
tus præsentibus hominum curis non pos-  
sit verbo Dei vacare.

Et quia multi dicunt hos Canones in  
desuetudinem abiisse, audiamus quid  
**Concilium Trid.** dicat. Statuit Sancta Sy-  
nodus, ut quæ alias à Summis Pontifi-  
cibus, & sacris Conciliis de Clericorum  
vita, honestate, cultu, doctrina retinen-  
da; ac simul de luxu, comedationibus,  
choreis, aleis, lusibus, aliisque crimin-  
bus, neconon sacerularibus negotiis fugi-  
endis, copiosè, ac salubriter sancta sunt;  
eadem in posterum ijsdem pænis, vel ma-  
joribus arbitrio Ordinarii imponendis ob-  
ligantur;

servantur. Si quæ vero ex his in des-  
tudinem abiisse Episcopi competent, ea  
quamprimum in usum revocari, & ab q-  
mnibus accuratè custodiri studeant.

*Feria V.*

Sacerdotes tenentur ad paupertatem.

*Consideratio 26.*

**D.** Bern: Quidquid præter necessarium  
victum, & vestitum, de Alta re-  
tines, tuum non est rapina est, sacrile-  
gium est. *Nam Paul ait*, habentes ali-  
menta & quibus tegamur his contenti-  
simus; dixit: quibus tegamur, non qui-  
bus luxuriemur; non quibus superbiam⁹.

*Concil.* Carth Episcopi modesta su-  
pellectili, & mensa & frugali victu con-  
tentи sint, & hoc ad Sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit.

**D.** Bern: Væ tibi Clerice, qui pec-  
cata populi comedis, bonum etatti-  
bi magis londere, vel mendicare. Veni-  
ent Clerici ante Tribunal Christi, audi-  
ereturque populorum querela gravis, ac-  
cusatio dura eorum, quorum Clerici vi-

xere

¶ ¶ 391 ¶ ¶

xere stipendiis Quid tibi insipiens divitiae sapiunt, quibus mercaris tam grave judicium.

*Idem:* De altari, cui servit Clericus non loculos congreget, nec vanitate, vel superfluitate disperget, nec extollat de facultatibus Ecclesiae consanguineos suos.

*Idem:* Ea ô Sacerdos, noveris in Iudicio tibi imputanda, quæ inter delicias comedis & parvipendis.

*D. Hier.* Clericum ex inopi divitem, ex ignobili nobilem, tanquam pestem fuge.

*D. Paul.* Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt à fide.

*D. August.* Paupereim vitam Sacerdos gerere, quod super est præter victimum & vestitum, pauperibus dare non differat, quia omnia quæ habet pauperum sunt.

*S. Thomas de Villa nova sic ait.* Fratres, si hora mortis meæ Christus me invenerit habentem unum tantum Iulium in crumena, animam meam certè damnag tam

hab  
D  
tradit  
fidelit  
nia p  
H  
tianu  
sus i  
rit,  
tet r  
V  
Syno  
benta  
angy  
deane  
Et  
sludit  
at, ne  
te pe  
lour  
D.  
tentur  
Perum  
lunp,

tam credite; nec me sepelias in loco sacro.

*Idem Sanctus ajebat.* Cum audio Clericū aliquem beneficiatum in morte, apud se habuisse nummos; sic dolore affectior, ac si mihi diceretur illum fuisse mortuum juxta concubinam; quia pari modo damnatum credo Clericum, qui de bonis Ecclesiæ thesaurizat, quam qui vivit in concubinatu. O verba tremenda-

*Idem.* Dominus in die judicii quæret rationem de bonis Ecclesiæ. sicut de re furto sublata, si malè expendantur;

### Feria VI.

beneficiati ad quid teneantur.

### Consideratio 27.

**D.** Thomas Aquin.. Bonorum Ecclesiasticorum Clerici non sunt verè Domini, sed dispensatores.

**D.** Hieron. Quidquid habent Clerici pauperum est: & maximè curandum est illis, ut de decimis, & oblationibus, cœnobiosis, & Xenodochiis, qualem potuerint sustentationem impendant.

**D.** Ambr. de se ajebat. Omnia, quæ habeo

cre habeo, pauperum sunt.

D. Hieron. Iuxta Sanctorum Patrum traditionem novimus: res Ecclesiæ vota fidelium esse, pretia peccatorum, patrimonia pauperum.

Hunc tremendum Canonem refert Gratianus. Si res Ecclesiasticas Episcopus in suas proprias voluptates usurpare voluerit, aut propinquis dederit, hunc oportet reum esse Concilio.

Verba Concil. Trid. Omnino Sancta Synodus interdicit, ne Episcopi, & Praebentati ex redditibus Ecclesiasticis consangvineos, familiaresque suos augere studient.

Et Gratianus verbis Urbani. PP. concludit. Si quis autem secus egerit, videat, ne damnationem Ananiae, & Saphyri percipiat, & reus sacrilegij efficiatur, sicut qui fraudaverunt praedia pauperum.

D. Hieron. Clerici, qui de bonis patrimentum sustentari possunt, si quid pauperum percipiunt, sacrilegium committunt.

Philipus Cancellarius Parisiensis post mortem apparuit Episcopo dicens, se esse ab omnibus damnatum ob defensam pluralitatem beneficiorum.

Alius Praesbyter apparuit damnatus, eodem quod noluit relinquere alia beneficia una retento, post damnatam Parisis eorum pluralitatem. Hec Doctissimus Cantipatre Sabbatho.

Ambitio dignitatum, ruina Ecclesiarum.

Consideratio. 28.

D. Ioan. Chrysost. Dum miror si potest salvari aliquis Rectorum, video tamen aliquos etiam concurrere, & praedicitare semetipsos in tantam molem & difficultatem regiminis.

D. Greg. Nazianz. Nemo sapiens latto animo creature Episcopus, si quis pericula, & suplicia ei proposita considerat atque adeo stultus, videri potest, qui cum viam complanatam, & expeditam ingredi possit, sponte se in locum angustum, periculosumque redegerit.

D. Ioan

*Chrysoft Episcopatus, Oceanus curarum,  
abyssus laborum, & dolorum.*

*D. Cyprian:* Sicut peremptoria est  
altitudo quaesita, sic pericolosissima esto:  
blata.

*D. Bernar. de malis Prælatis ait. Vos,  
dum luxurianto peritis, pauperes spo-  
liando perimitis.*

## ANTE SACRUM OBSERVATIO. I.

*Protegaberis diligentiam & diffidentiam  
dispositionis ad sacram. Petes eandem à  
Deo.*

*O Beatissima Trinitas DEUS meus! ei-  
go quidem quantum ex gratia Tuâ  
possum, volo & conor me disponere, tam  
sequentibus quam totius Vitæ meæ actioni-  
bus, & passionibus ad Sanctissimum Filij tui  
Sacrificium offerendum, Sacramentumque  
sumendum quam dignissimè; tamen non  
confido immò diffido prorsus omni meæ  
dispositioni; & à Te solo disponi, meæ  
que dispositioni benedici peto, & spero,*

&amp;

& desidero. Sed & à Te disponi non cu-  
pio propter ullum bonum meum, qua-  
tenus meum; sed parè propter Digni ta-  
tam, Voluntatem, & Voluptatem Tuam  
majorem. Tu igitur me dispone ad hoc,  
& ad omne Sacrificium Sacramentumque  
tam meā, quam Tua dispositione, sicut  
potes, scis, & vis. Disponē me propter  
Te, dignè Te.

OBSERV: II. Facies Intentionem com-  
munem generalem, Concessæ memor In-  
dulgentiæ

**E**go volo celebrare Missam, & Con-  
ficere Corpus & sanguinem Domini  
nostrī JESU Christi, juxta ritum sanctæ  
Romanæ Ecclesiæ, ad laudem Omnipoten-  
tis Dei, totiusque Curiæ triumphantis;  
ad utilitatem quoque meam, totius  
que Curiæ Militantis; pro omnibus  
qui se commendaverunt orationibus me-  
is in genere & in specie; & pro felicitatu  
sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Amen.

Gaudium cum pace, emendationem  
Vitæ, spatiū veræ pœnitentiæ, gratiam

&amp;

& consolationem S. spiritus, perseverentiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus, Am.

OBSERV: III. Facies Intentionem particularē, privatam pro libitu aut debito: fructumq; Sacrificii distribues in Deum, Santos, Ecclesiam, in te ipsum, in vivos, mortuos, memor indulgentia & privilegi liberationis Anima.

OBSERV: IV. Memento utrumque facies, Negotiorum quoque & necessitatum, pro quibus orare debes, soles, vis.

OBSERV: V. In lituus Conscientia exaudi men, super hæc potissimum.

1. An heri notabilius quid deliqueris?
2. An heri exactè feceris præparatiō nem: ipsum Sacrum; gratias post Sacrum.
3. An vesperi Examen, & an utrumque, & quomodo feceris?
4. An omnes vespertinas internas externasque Consuetudines perfeceris & quomodo?
5. An mortificationes internas exter nas

- nasque; censorij examinis & extre-  
mæ unctionis: Indulgentiæ quaque  
plenariæ & præcos mortis feceris;
6. An obdormieris inter orandum mo-  
re solito?
  7. An ætus mediæ noctis feceris &  
quomodo?
  8. An præveneris tempus surgendi, vel  
saltē in puncto pulsū surrexeris  
& actus solitos feceris?
  9. An sedulò præparatus mentaliter ad  
normam conscientiæ meditatus sis?
  10. Anfructuosè cum observationibus  
& reflexione & ruminatiōne medi-  
tatus sis?
  11. An nunc commodè tempestivèque  
Sacrum pares?
  12. An sentias & excites famem amo-  
rosam Sacri, & Sacramenti & unio-  
nis cum Chtisto?
  13. An feraris immenso desiderio exal-  
tandi DEUM sacrificio.
  14. An aliquas & quomodo, Ca-  
nonicas jam dixeris horas?

33. An hodie jam crassius quid delli-  
queris, neglexeris &c.

19. An Intentiones diei feceris?

Discussione facta. que culpabilia inve-  
neris: confiteberis SS. Trinitati ( & pro  
tempore Sacerdoti): omnia tanquam Sacra-  
mentaliter, & addes.

**O** Beatissima Trinitas DEUS meus, con-  
fiteor Tibi & B. M A R I Æ semper  
Virgini; B. Michæli, & omnibus San-  
ctis, quia peccavi nimis cogitatione, ver-  
bo & opere, & omissione. *Quia* adhuc  
carnalis sum & mundanus. *Quia* plenus  
concupiscentiarum motibus. *In custoditus*  
*in externis sensibus. Sæpè* multis vanis  
phantasiis implicatus. *Multum* inordina-  
tus ad exteriora. *Negligens* ad interiora,  
*Lewis* ad risum & dissolutionem. *Promi-*  
*pitus* & incircumspectus in loquendo. *Dus-*  
*rus* ad sletum & compunctionem. *Rarus*  
& tardus ad recollectionem. *Segnis* ad or-  
randum. & frigidus in meditando. *Veloce*  
ad laxiora & carnis commoda. *Segnis* ad  
vigorem & feryorem. *Curiosus* ad nova

audienda & pulchra intuenda. Remissus  
 ad humilia & abiecta amplectenda. Cu-  
 pidus ad multa habenda. Parens ad dan-  
 dum. Tenax ad retinendum. Pusillanimis  
 infirmus in me ipso vincendo & abne-  
 gando. Stultus & vanus in me ipso osten-  
 tando, & ylderi aestimarique ab aliis vo-  
 lendo. Incontinens in tacendo. Incomposi-  
 tus in morib⁹. Importunus & inordinatus in  
 auribus & agendi temporibus. Effusus su-  
 per cibum. Impotens in passionibus. Sur-  
 dus ad DEI Verbum. Velox ad quietem  
 Tardus ad laborem. Vigilans ad fabulas  
 Somnolentus ad vigilias Sacras. Festinus ad  
 finem. Vagus ad attendendum. Negligens  
 & distractus in horis Canonici persolvendis  
 Tepidus in celebrando. Aridus in Com-  
 municando. Cutē distractus & effusus.  
 Rarō plene recollectus. Vix unquam præ-  
 sentiæ Tui memor. Facilis ad iram &  
 aliorum censuram atq; disloquentiam. Pro-  
 nus ad judicandum. Rigidus ad arguen-  
 dum. Incautus ad scandalum tam acti-  
 vum quam passivum. Debilis in adver-  
 sus

*Sis. Multa proponens bona, pauca ad effe-  
ctum perducens. Vix in aliquo benè cœ-  
pto perseverans. Gratia tuae motibus in-  
obediens. Beneficijs tuis ingratus. Volun-  
tatem Tuam bonā beneplacentē, & perfe-  
cta sciens, sed non faciens In mala səpē re-  
cidens. Mea culpa &c. Indulgentiam &c.*

*Facta Confessione coram DEO, elici-  
es actum Contritionis, satisfacies penitentia-  
ternis externisq; juxta solitum.*

**OBSERV: VI.** Institues Meditationem  
vel saltēm praxim ejus leges ex Hebdo-  
madis Liturgica die quæ acciderit: simul  
affectus tam Sacri totius, quam consecratio-  
nis, elevationis & communionis providebis

**OBSERV: VII.** Apprehendes vivacis-  
simè Sacri & Communionis, hoc est Di-  
vinissimi operis Dignitatem, Majestatem,  
Naturam, exigentiam. Tuam contra, quæ  
illud peracturus es; Indignitatem Mendaci-  
tatem Inabilitatem.

**O** Domine Te Tibi sacrificaturus sum;  
prō quæ Divinum opus! quæ su-  
blime! quæ excelsum! quæ Seraphicis

eis humeris formidandum! Quis Dignitatem, quis Majestatem, quis naturam ejus operis capiat? pro! quantam præparationem? quantam dispositionem? quantam capacitatem: quam Seraphicam, quam Marianam, quam Theandricam, Sanctitatem? In me autem, quid proportionis, quid dispositionis est præter solam indignitatem, inhabilitatem, insufficienciam, mendicitatem, omni captu & sentia meo majorem? & tamen sacrificandum est!

OBSERV: VIII Excitabis inter summo fassent exaltandi DEUM summè Quod nequit fieri aliter, quoniam Sacrificatio dignissima.

O Fames! fames, fames! Esurio Domine, esurio! & famelicissimè cupio, sicutique summâ fame ac siti, Te DEUM exaltare summè & supersummè, id est, Sacratissimi hujus Sacrificij honore.

OBSERV: IX Excitabis etiam in tefamento Christi Domini, unionisque tui cum ipso: que etiam melius non sit, quam in hoc Sacramento.

¶ 151 ¶

**D**ulcis JESU; dulcis & solus unusq;  
cibus Animarum? Ecce famescit, ec-  
ce non solum palet, non solum cibari  
sed etiam saginari concupiscit de Te ani-  
ma mea Veni ergo mi JESU, & uni Te  
mihi; Uni te mihi æternaliter per hoc sa-  
cratissimum Sacrificium cum hoc & per  
hoc excellentissimum Sacramentum.

**OBSERV:** X Excitabis in te famem  
saginandi Animam tuam, omnibus be-  
nis Christi; imprimis ipsomet Christo, pro-  
pter Christum.

**V**ides mi JESU, vides Dulcissime Rex  
& Domine, & DEUS, vides extre-  
mam paupertatem, mendicatatem, rudi-  
tatem meam, Abyssalis & inexpleta vo-  
rago sum. Tu contra abyssalis opulentia  
& plenitudo, & redundantia es: influe  
ergo in me & reple me & sagina me ini-  
mensitate bonorum Tucrum. Ecce mi  
JESU patet ecce hiat, ecce famelicissi-  
ma esurit atque fitit te, tota se, anima  
mea: ergo illam exlatia, ergo illam iuia-  
gina bonis tuis, donis tuis, divitiis tuis,

quæ non sunt alia, præter ipsum, unum  
& solum Te. Veni ergo, veni in me, ve-  
ni ad me, veni totus, veni non mihi,  
sed Tibi, veni saluti meæ, sed gloriæ, sed  
voluntati Tuæ.

**OBSERV:** XI. Propones explere qui-  
rum Dei hoc Sacrificio tam ex opere ope-  
rato quam opere operantis, non tantum in  
Christi, sed etiam in tuâ personâ.

**V**OLO, desidero, propono, Tuum ô  
DEUS explere gustum hoc præsenti  
Sacrificio tam ex opere operato, quam  
operantis, tam in Christi, quam in mea  
personâ propter Te.

**OBSERV:** XII. Propones juvare o-  
mnem Ecclesie Militantis partem nec non  
Animas in purgatorio: tum etiam omnes  
necessitates tuas, Mundique totius, juxta  
mentem DEI, per Sacrum tam præsens,  
quam emne aliud sequens, non modo tu-  
um sed etiam alienum, quantum ex te.

**P**ropono juvare apud Te Domine o-  
mnem Ecclesie Partem etiam in pur-  
gatorio patientem, propono juvare o-

mnem

mnes necessitates meas, totiusque mun-  
di, juxta mentem Tuā per hoc Sacrum tam  
prælens, quām omne aliud lequens, tam  
per alienum, quantum ex me propter Te.

**OBSERV: XIII.** Propone præsentideg-  
votione & fervore evincere, omnem præ-  
teritam devotionem. Imò actualiter ex-  
citabis in tè omni Menti Voluntatisque  
conatu majorem, quām unquam, nullies  
infinitum ac immensum devotionis fero-  
renz, quo evincas omnem tuum alienumq;  
fervorem, obtineaque dispositionem cor-  
dis. Nunc tempus est mi JESU inflamma-  
re me igne Charitatis Tuz, quia frigidus,  
quia tepidus sum nimis.

**C**Upio & propono Domine prælenti  
fervore. quo ad hoc Sacrum acce-  
do, evincere omnem præteritam devoti-  
onem & dispositionem meam & alienam.  
Ideò toto totius mei conatu, toto omni-  
um Electorum, & P. Parentis & Tuo  
Theandrico fervore, ferri & disponi ar-  
deisco, tam ad hoc, quām ad omne Sa-  
cruum, ejusque fructus obtinendos augen-

dos que porpter Te.

OBSERV: VI. Assumes induesque tibi omnia merita; gratias; Virtutesque Christi, P. Parentis, omniumque Sanctorum, Etc. Elorumque. Assumes item omnes omnis creature etiam damnatae, porissimum autem Sanctorum Martyrum passiones atque actiones, significando eas in Christo ad supplementum omnis nuditatis, paupertatis, ariditatis & tepiditatis tuæ coram DEO. Dies erga cum omni reverentiâ & ardore:

**N**unc tempus est Domine JESU. nunc est tempus ornare me gratijs, meritis virtutibusque Tuis, & Matris Tuæ, & Electorum Tuorum &c. quia pauper & nudus & miser & miserabilis sum nimis, sine Te, coram Te Vilis & abjectus nimis.

OBSERV: XV. Dilatabis & ditabis Animam tuam, desiderijs intentionibus, propositisque quam plurimis & vastissimis, ut ianto fiat capacior, ad ampliora à Christo cum ipso Christo capienda.

**D**ulcissime, Amabilissime JESU teto

me

me & Te, volo qualibet quidem actione  
 & Passione mea, sed speciatim hoc sacri-  
 ficio & Communione præsenti, cui nuns  
 intendo & me devoveo, reddere, Patri  
 æterno gloriam, reverentiam, gratiarum  
 actionem, satisfactionem, gustum, dele-  
 stationem, & dilectionem infinitam.

Volo eidem reddere, par pretium,  
 præmiumque pro omni bono, & gratia  
 ejus mihi & omni creaturæ, omnibus  
 electis ac nominatim Tuz Theandricæ  
 Humanitati, ejusque P. Parenti, nomi-  
 tum etiam pro omni Sacramento sumpto,  
 sacrificioque facto, fructibusque colla-  
 tis conferendisque in æternum.

Volo facere memoriam & repræsen-  
 tationem tuæ Mortis & passionis.

Volo Te facere mihi, & Ecclesiaz Tuæ  
 præsentem ut Iponsum.

Volo Te recipere in fontem, pignus  
 & arrham, gratiaz, meriti, dulcedinis &  
 felicitatis, gloriæq; æternæ.

Volo Te sacrificare & sumere ad ma-  
 jorem Nominis Tui honorem & glo-

nam; ad omnimodum cordis Tui gaudiū & metibi uniendum, Tibique trādendū per Te propter Te.

Volo Te mi JESU immolare, & sumere ad hoc, ut per præsentiam & unionem Sanctissimi Sacrificij, Sacramenti que Tui, liberer ab omnibus malis Corporis & animæ, quibus premor, & quæ mihi pro peccatis meis debitè ingruunt juxta voluntatem Tuam.

Volo mi JESU Te Sacrificare, & manducare, ut de liberalissimâ manu Tuâ accipiam donum puri Cordis, casti Corporis, Orationis, & Contemplationis, Humilitatis, Mansuetudinis, Patientiæ, Modestiæ, Paupertatis, Obedientiæ, Resignatiæ, Donorum & fructuum Spiritus Sancti, Fidei, Spei, Charitatis, pietatis, Religionis, Prudentiæ, Justitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ, Spiritus Societatis, Professionis meæ.

Volo mi JESU sacrificare, & manducare Te, ut Ecclesiæ, Societati, Regno, Civitati, loco isti, omnibusque alijs, quibus

bus Tu scis, & vis, Tuum singularem protectionem impetrem. Ut juvem proximos meos, tam vivos, quam Defunctos, præsertim, qui mihi commedati sunt, vel esse debent, quique sunt Tui in me, mel in Te, prout Tu scis & vis. Ut consequatur indulgentias ex Thesauro Ecclesie concessas Religioni, & alias quaslibet, quarum capax sum.

Volo mi JESU immolare & sumere Te, ut spiritum in me languentem, & tependentem excitem, & calefaciam, ut exigua valde merita mea, dona scilicet tua cumulem; infirmam virtutem meam confirmem, ut transformem totus in Te, Tuque maneas & vivas in me, & ego sim alter Tu, Ut Spiritum Tuum, præsertim Charitatis, Humilitatis, Obedientie, solemnisq; Tuorum imbibam.

Volo mi JESU immolate & sumere Te, ut pro iamicis, æmulis, ingratiss meis, tam communibus, quam privatis; itemque pro Amicis, & benefactoribus meis communibus & privatis: itemque pro

Patribus filijs que meis in spiritu, & Amicis meis in Te: itemque pro ijs quibus quocunque modo vel nocui vel debitor sum, aliquid maxime dignum, gratumque tibi offeram, & gratiam tuam copiosam efficacemque illis à Te impetrarem.

Volo mi JESU immolare & sumere Te, ut officiorum, propositorum, negotiorum, necessitatum, votorum meorum, felicem successum à Te obtineam.

Volo mi JESU immolare & sumere Te, ut finalem in bono perseverantiam, perpetuamque, pariendi pro Te Voluntatem & famam, materiam quoque & me contemnendi copiosam & gratam segetem, zeli etiam pro Tua gloria Animarumque salute promovenda, inexplicabilem sit mi gratia celscentem semper favoris in vita & morte, denique Sanctam & tibi placitam & ab omni obligatione, culpæ & pœnæ immunem, Sanctorum in Societate JESU mortem, ab æternâ Charitate Tuâ, virtute sacrificij & Sacramen-

eramenti istius, postulem atq; clementem  
propter Tuum, nec non Sanctissimae Tri-  
nitatis gustum æternalem, Amen.

OBSERV: XVI. Facies ad sciplinas spis.  
rituales sive Aetius Animam conterentes.

**D**ignissime, eminentissime, superaltissime  
omnis exaltatio, omnis gloria in æter-  
num & ultra, à me & omni creaturâ,  
Omnibus autem creaturis tuis, Tua bo-  
nitas, Dilectio, Beneficentia, Protectio,  
Gratia & Beatus.

Mihi verò uni, soli, temperomnis Ab-  
jectio, Detelictio, Detestatio, Reproba-  
tio, Damnatio, Infernus quia Tibi DEO  
meo Maximo, Dignissimo, Optimo,  
peccavi soli nimis in vita mea.

Propter quod omni gratiâ, amore &  
veniâ sum indignissimus: omni autem  
odio, detestatione, irâ, furore, detelictio-  
ne, damnatione, sum dignissimus. Ideo.  
eriam infernus domus mea est, infernus  
possessio mea est, inferni possessor sum,  
inferni hæres & inhabitator sum unus,  
lious, semper,

Quamvis aurem ego multa nimis cō  
misi unde in e justissimē damnare potes  
& debes; quia tamen Tu non amisisti,  
unde salvare misericordissimē soles, id.  
circō de profundis clamo ad; Te: Misere.  
re mei DEUS secundum magnam misé.  
ricordiam Tuam, & secundum multitu.  
dinem miserationum Tuarum, dele ini.  
quitate mēam, quam ego confiteor  
coram Te: omnia icilicet & singula pec.  
cata mea, cordis, oris, operis, commis.  
sionis omissionis, aliena, detrac<sup>t</sup>iones,  
scandala, mendacia, detestationes, deli.  
cta juventutis & ignorantias, inconstantia.  
as & tepiditates.

Pro quibus omnibus toto me doleo  
propter Bonitatem, Dignitatem, Chari.  
tatem Tuam, propter vilitatem, realitiam  
& ingratitudinem meam. Et trado me to.  
tuum voluntati justitiae & miserationis Tuæ  
Fac mecū voluntatē justitiā & miseratio.  
nē Tuam sicut potes, & vis. Et utere me  
ad humiliandum me ad exaltandum Te val.  
de; Sicut uteris Te ad humiliandum Te,  
& exaltandum me valde. *Facti*

*Facies præterea & hæc.*

1. Agnosco & confiteor omnia peccata mea coram Te DEO meo, & sanctis & creaturis omnibus.
2. Confundor & erubeor Domine coram Te: ut prodigus, ut Magdalena, ut Petrus.
3. Accuso & exaggero scelera mea ex infinita Majestate Tuâ & vilitate meâ. Quis enim es Tu Domine? & quis ego sum?
4. Exprobro & impropero mihi malitiam & ingratitudinem meam in Te DEUM meum.
5. Non est quid respondeat Tibi Domino exprobanti: hæc ego tibi, & tu hæc mihi?
6. Peccavi Domine, peccavi Tibi soli, uni, infinito: idcirco ipse me judico & universalem planctum, totâ substantiâ meâ, omnibusq; viribus meis coram Te facio de peccatis meis.
7. Non est Domine non est opus, ut Tu condennes me; ego sum qui peccavi, ego qui malum coram Te feci, Ego ipse

ipse sum, qui me ad omnem infamiam  
nam condemno, quam ipse unus exau-  
rire sufficio.

8. Peto quidem Domine: quin & per  
gratiam Tuam & Christi Sangvinem ipe-  
to veniam, attamen revera illam nulla-  
tenus mereor.

9. Humilio me, vilifico, annihilo co-  
ram Te infra omnem creaturam, infra  
omnes damnatos, infra omne nihilum.

10. Ah! quomodo non timebo Te  
Domine, qui terribilis es in consilijs,  
super filios hominum; qui respicis pec-  
catores & non sunt.

11. DEUS propicius esto mihi pecca-  
tori: peccavi enim in cœlum & coram  
Te Pater.

12. Deprecor justitiam tuam Domine,  
& misericordiam tuam imploro tote me.

13. Merita & dignationes IESU Chri-  
sti induo, & allego pro me. Reipice igit-  
ter Domine infaciem Christi Tui, & su-  
per animam meam, pro qua Dominus  
noster mori dignatus est.

14. Fiat Domine, fiat voluntas Tua;  
in me, de me, sicut in celo, ita & in  
terra.

15. Paratum cor meum DEUS, para-  
tum cor meum.

16. Tota plenitudo charitatis, Te  
DEUM meum exalto, magnifico, amo,  
omnibusque atomis meis charitatem ex-  
plodo in Te: omnesque atomos me im-  
pleo.

17. Corpore & Anima & personâ, tol-  
to me, prosterno me, coram Te Do-  
mine, & coram Christo Tuo, & Prece-  
osissimâ Parente, & Electis omnibus &  
coram omni creatura propter Te.

18. Gaudeo Domine toto me, de omni-  
bus bonis Tuis, cupioque Tibi quam  
optimè propter Te per Christum Do-  
minus nostrum.

19. Gratias ago Tibi Domine toto me,  
pro omnibus & singulis beneficiis Tuis  
mihi & omni creature, usque ad sanctissi-  
mam IESU Christi Humanitatem præ-  
fatis & præstandis per omnem æternità-  
tem.

20. Toto me, toto Te, gloria Tibi  
Sancto, per Christum Dominum no-  
strum. Sicut erat in principio &c.

21. Sanctissima Trinitas, Pater, Fili,  
Spiritus Sancte DEUS, unus, solus, ve-  
rus, semper toto me, totis universi ato-  
mis, Te amo, Te adoro, benedico be-  
atifico, concupisco, clarifico, dignifico,  
diligo, deifico, Divino, aestimo, exalto,  
felicito, gratias ago, gaudeo, gratulor,  
glorifico, honoro, immensifico, laudo,  
magnifico, mirifico, majestifico, omni-  
fico, potentifico, pulchritifico, praedico,  
rectifico, regnifico, sanctifico, sublimi-  
fico, sapientifico, totalifico, vivifico, vo-  
lo, zelo, propter Te, ut sis id quod es  
quia es id quod es, miserere mei, sicut  
potes, scis, & vis, & utere me ad hu-  
miliandum me.

OBEERV: XVII. Invocabis dilectorum  
ad hanc rem pro tuo gusto S. Patronos  
ut juvent, ornent te dignè Sacrificio, hoc  
ferè modo, adjuncta mortificatione exter-  
o.

Omnes

**O**Mnes Sancti Patroni Sacrificij atque  
Sacramenti, adeste mihi in Sacrificijs  
& Communionibus meis.

Sancte Michæl SS. Septem Spirituum  
Principes. S. Ioannes Bapt. S. Iosephi  
S. Petre S. Paule S. Andrea S. Ioan-  
nes. S. Joachim S. Lazare S. Onuphri  
S. Benedicto S. Dominice S. Francisce  
S. P. Ignati S. Francisce Xaveri S. N  
Patrone Menstrue S. Thoma Aquinas  
S. Bonaventuræ S. Francisce Borgia S.  
Aloysi S. Stanislae Kostka. S. Angele  
Custos. Sancta Anna. S. Martha S. Ma-  
gdalena S. Susanna S. Ioanna S. Barbara  
S. Catharina Senensis S. Clara S. Eva  
S. Julianæ S. Teressia.

Sancti hodierni, Menstrui, Annui, Mesi-  
tis, Corporis.

Sancti Patroni & Angeli Studiorum.

S. Angeli Custodes, Templi, Sacra-  
menti, Altaris Domus.

S. Templi, Altarium, Missalis.

Sancti quorum Reliquæ sunt in Tem-  
plo, Altari, Domo.

Sancti

**S**ancti Patreni mei & domesticorum.  
Sancti Societatis IESU.

**S**ancti Amatores Increatæ Incarnataq; Sa-  
pientiæ.

**S**ancti Amatores Crucis.

**S**ancti Amatores pretiosissimæ Parentis.

**S**ancti Angelii Purgatorij. Sanctitres Re-  
ges. Sanctæ Virgines. Sancti Cultores San-  
ctissimi sacrificij atque Sacramentij.

OBSERV: XVIII. Petes gratias O  
rnatum à SSS. Trinitate.

*A Patre aeterno.*

**A**D gustum & Consolationem Sanctis.  
simæ Trinitatis, peto à te ô Pater  
æterne DEUS: ut des mihi cum eo af-  
fectu, cum eaque cælestium donorum  
copia nunc & semper Sacratissimum My-  
sterium Missæ offerre, Eucharistiamque  
confidere & denique Christum Domi-  
num recipere, quo illum Pretiosissimæ Vir-  
gini Parenti, & per illam universo hu-  
mano generi in Incarnatione dedisti,

*A Filio.*

**A**D gustum & consolationem Sanctis  
simæ

Si simæ Trinitatis, peto à te ô Fili Re-  
demptor mundi DEUS, ut des mihi cum  
eo affectu Te confidere, offerre, susci-  
pere, quo tu ipse te in ultimam accœna con-  
fecisti, in arca crucis obtulisti in Incarna-  
tione Preiosissimæ Parenti tux suscipiendū  
dedisti, atque tam eidem quam Aposto-  
lis tuis te in Eucharistia manducandum  
tradidisti.

*A Spiritu Sancto.*

AD gustum & consolationem sanctis;  
simæ Trinitatis, peto à te ô spiritus  
Sancte DEUS, ut mihi tam mundum cor-  
arque corpus efficiás propter Divinissi-  
mum Sacrificium offerendum ac recipien-  
dum, quam mundum, purum, arque di-  
gnum effecisti in Virgine Sacratissima  
MARIA, quando illa Verbum aeternum  
exceptra, atque purissimum velcerum  
suorum sanguine humanoque corpore fu-  
erat industra, ipsumque in Eucharistia  
Sacramento manducatura.

O IESU summe Sacerdos adfis & be-  
nedic mihi in SSmi Sacrificij oblatio-  
ne

ne, Sacramentique sumptione. Regina  
Sacerdotum adhuc mihi, & omnes Ss. Sa-  
cerdotes adeste mihi. & benedicite. San-  
cte N. juva & benedic &c.

OBSERV: XIX. impersonabis te tota  
verum univeritati, omnibus Electis, P. Pa-  
renti, Christo, & ipsi SS. Trinitati, sic  
que totalisatus & totus procedes ad Sacri-  
ficium & Communionem, totamque omni-  
tudinem tuam effundes, in amorem, affi-  
mationem, laudem, exaltationem, gratia-  
rum actinem, in gaudiis & voluptatis Di-  
vina exsaturationem.

**I**gnitissime, immensissime DEus, omni-  
tudinem Tuam, omnitudo mea, omni-  
tudine creatâ, seraphicâ, MARIANA,  
Christi. amat, adorat, benedicit, digni-  
ficat, exaltat, glorificat, honorat, inten-  
dit, ignitissimè intentissimè, intensissimè,  
laudat laudabilissimè, magnificat magni-  
ficentissimè; reveretur reverentissimè, si-  
tit sibi undissimè; saginat saginatissimè,  
sapit sapidissimè, tenet tenacissimè, tra-  
dit totalissimè, vult validissimè, voluntari-  
tissimè,

jssimè, vehementissimè, zelat zelosissimè:  
 concupiscit omnem concupisibilitatem  
 Tuam, dat, donat, dedicat, gratias agit,  
 gaudet, gratulatur, sese formandam, fin-  
 gendamque tradit, sese humiliat, subdit  
 vilificat, voluntarijssimè, vilificatissi-  
 mè, verissimè.

OBSERV: XX. *Curre ad Sacrificium*  
*& Communionem, anhela & attuante*  
*DEiformi Spiritu, sicut festinat cervus*  
*ad fontem aquarum: oculus ad lucem, in-*  
*fans ad mammam sagitta ad scopum, la-*  
*pis ad centrum, famelicus & sitiens ad ci-*  
*bum & potum, avarus negotiator ad opes*  
*& lucrum, ambitiosus ad honorem, vena-*  
*tor ad prædam, Infirmus ad sanitatem,*  
*navis secundo vento ad portum, anima ad*  
*cælum. Beatus ad Deum.*

OBSERV: XXI. *Æternam Incarna-*  
*tam Sapientiam adorabis &c.*

A Terna Sapientia DEus Homo, Ho-  
 mo DEus, Christe IESU, cum Soci-  
 etate Tua, Seraphica universa, amo Te,  
 adoro Te, offero me Tibi, confiteor Te,

& me

& me coram Te, trado in mancipi  
um & servum & amatorem voluntatis  
& voluptatis Tuæ, æstimo & exalto &  
apprecio, & dignifico Te, Seraphicè,  
Marianè, Theandricè, D E I sicè semel  
pro semper in æternitatem. Ad saginán  
dum gustum Tuum in me, meum in Te,  
toto me, propter Te. O Verbum In-  
carnatum CHRISTE IESV, Sapientia æ-  
terna Deus meus & omnia.


**OBSERV:** XXII. Conaberis omnia,  
ente, inter, & post Sacrum maximè fer-  
vente conatu peragere ut omnis tuus ani-  
mae Corporisque motus sit heroico Spiritu  
animatus. Fiat meditatio per actus sequentes

Ergone sacrificandum est?

**O** Abyssum Amoris! Amativitatis, Ad-  
mirationis; Amabilitatis, Ardoris, Aut  
daciæ, Appetentiaz, Almoniaz, Amici-  
tiæ!

**O** Abyssum, Bonitatis, Benignitatis,  
Beneficij, Benedictionis, Beatificationis,  
Beatitudinis, Boni!

**O** Abyssum Charitatis, Communica-  
tionis



tionis, Convivij, Cibationis, Clementiae,  
Contentationis, Conversationis, Capacitatis.

O Abyssum Dignationis, Descensusque  
DEI, Dignitatis meæ: Domini, Debiti,  
Devotionis, Desiderii, Dulcedinis, Delicitationis, Dominij, Deificationis!

*Ergo Sacri scandum est?*

O Abyssum Exaltationis, Exaltationis  
Æstimationis, Eviscerationis, Exinanitionis!  
Æstuatioris, Exauditionis;

O Abyssum Fidei, Fidelitatis, Felicitatis,  
Familiaritatis, Famis, Ferculi, Feracitatis,  
Fæcunditatis, Fiduciae, Fervoris  
Flammarum!

O Abyssum Gratiae Glorie, Gratitudinis  
Gloriationis, Gaudij, Gratiarum actionis,  
Gustationis!

O Abyssum Humilitatis, Humanitatis,  
Hospitalitatis, Honoris, Honorationis, Hereditatis,  
Hæreditatis!

*Ergo Sacrificandum est?*

O Abyssum Incarnationis novæ, Incontinentis Bonitatis, Indulgentiae Imperij

rij, Jucunditatis, Indivinationis, Inno-  
centiae, Iustitiae. Immolationis, Jubilati-  
onis, Impotentiae, Invitationis, Ignitionis,  
Immutationis!

O Abyssum Lautitiae, Liberalitatis, La-  
titiae, Laudationis, Libertatis, Licentiae!

O Abyssum Mysterij, Miraculi, Mis-  
erationis, Majestatis magnae, Meriti, Man-  
dati, Mercedis, Mercis, Ministerij, Ma-  
gnitudinis, Manvetudinis!

O Abyssum Novitatis, Nativitatis, Nu-  
trimenti, Necessitationis, Nobilitationis,  
Nundinationis, Negotiationis, Negotij,  
Necessitudinis!

Ergo Sacrificandum est?

O Abyssum Operationis, Obedientiae,  
Orationis, Optabilitatis. Omnipotentiae,  
Operis, Oblationis!

O Abyssus Pietatis, Potentiae, Pigno-  
sis, Præsentiae, Patientiae, Pacti Puritatis,  
Pacis, Perseverantiae, Postulationis, Pos-  
sessionis Pretij!

O Abyssum Quietuositatis, Quietis!

O Abyssum Reverentiae debite, Ru-  
ditatis

dicitatis, Rusticitatisque meæ, Ruinæ in dignorum, Reparationis, Remunerationis. que bonorum, Rogationis, Resignationis!

*Ergo Sacrificandum est?*

O Abyssus Sanctitatis, Sapientiæ, Seruitutis, Societatis, Sacrificij, Spei, Sublimitatis. Sinceritatis, Saturitatis, Sacramenti, Salutis, Stipendij!

O Abyssum Tractationis, Totalitatis, Timoris, Traditionis, Tentionis, Tene ritudinis, Tuitionis, Thesauri, Thesaurizationis!

O Abyssum Vitæ, Veritatis, Veracitatis, Voluptatis, Verecundiæ, Veneracionis, Valoris, Viatici, Voluntatis, Venationis, Unionis!

O Abyssus Zeli gloriæ, Zeli Amoris, Zeli Salutis, & Salutationis!

*In his omnibus licebit tantum morsa;*  
*ri, quantum tempus & devotio*  
*permittet.*

### OBSERVATIO I.

## INTER SACRUM

Descendes ad Sacrarium, depositis o  
nibus

mnibus prorsus curis: simò te ipsum qua-  
si exutus, sciens & cogitans te in hac  
hora nihil nisi Sacerdotem esse: jam jam  
ire ad paragendam totius mundi causam  
coram DEO, ad tractandum cum DEO,  
in conspectu Cali totius. Hoc ergo cogi-  
tabis inter eundum: vel etiam repetes in  
via actus, ad aeternam Sapientiam, sive  
famis Christi, sive invocationis Patro-  
norum Sacri.

II. In Sacrario omnia ages cum suis o-  
rationibus, attente, sine precipitacione ver-  
borum, manuum ablutionem. &c.

III. Expectan segressum ad Templum  
(quem semper curabis potius quam ut ex-  
pecteris) totus alteraberis in DEUM, in  
Christum, in famam Sacrificij, Commu-  
nionis.

IV. Pergens ad altare invocabis. Per  
Parentem oratione S. Bernardi: Per Te  
accessum habeamus; si vacabie, adde in-  
vocationes SS. Patronorum Sacri, vel Ad-  
mira Christi. &c.

V. Collocans & optans Calicem, Cor-  
porale

perale, Missale aperiens; continuabis actus  
omnitudinis ex obser: 19. aut illos, Nunc  
tempus est Domine IESU, ornare me.  
Obser. 14. Tunc Dices: DEUS in adju-  
torium: propter Indulgentiam. Vovebise  
tiam hoc Sacrum facere.

**VI.** In mora ante descensum, & in ipso  
descensu ad dicendam Confessionem, petes  
à Christo gratiam resolutionis ipsius Christi.

**M**I IESU per illam generosissimam  
Resolutionem Tuam, quâ Te resol-  
visti nobiscum esse, à nobis manducari,  
in hoc Sacrificio ac Sacramento, peto à  
Te, ut mihi meritum genorosissimæ hu-  
jus resolutionis communices: quô Te  
quäm dignissimè immolare, manducare,  
alijsque communicare valeam.

**VII.** Flectens genu ad imum gradum an-  
te Confessionis initium: profundissima tui-  
ipsius reverentia & omni pleno fervore ad-  
orabis SSS. Trinitatem & Christi Hu-  
manitatem, ad dexteram DEI Patris con-  
sidentem. Et similiter toto te in omnige-  
nu flexione facies.

VIII. Confessionem totam dices affectu quo ab Ecclesia præmiti instituta est: Confiteor dices, ac si DEO præsenti coram celo & terra Sacramentaliter confitereris totam vitam tuam. Item Milereatur & indulgentiam, eodem affectu: oramus te Domine, dum oscularis Altare, Cervicem Domino, tanquam victima rationalis immolanda, pro honore, amore & dignitate & fide DEI sub altari pones. Quem ipsum sensum habebis in omni alia Altaris osculatione, dicens: hoc vel similia:

En cervicem Domine, pro Fide, Amore, Voluntate, Dignitate Tua. &c.

IX. Kyrie eleison: totius mundi miseriis Misericordiam DEI Patris, Filii, Spiritus S. invocabis.

X. Post Gloria in excelsis; suo affectu dictum, sive post Kyrie eleison.. osculando Altare, petes dicendo: Benedic Pater æterne vites & opera, Filii Tui, servuli iumentique tui.

XI. Quoties dices: Per Dominum nostrum &c. toties Christum apprehendes velut Advocatum, Legatum, &c;

tificem', Patrem, Patronum, Medicum,  
Pothorem, Caput &c nostrum, & non  
tantum per ejus merita sed etiam per ejus  
Personam ipsum orabis.

XII. Dum post Evangelium aut Cre-  
do: altare ocularis, dices: Benedic DE-  
US VERBUM, Verba Filij, servulitui.

XIII. Post Offertorium Calicem disco:  
operiens dices: Omnipotentia, Sapientia.  
Bonitas, Providentia, Dignitas, Voluntas,  
Amor præveniens. Ecce ego & omnia  
opera mea, coram Te, non propter me,  
non propter consuetudinem, non propter  
alios, sed propter Te, & toto Te, DE-  
VS meus & omnia, quia hæc est Volun-  
tas tua & dignitas Voluntatis Tuæ.

XIV. Ante vel post oblationem Panis  
super patenam vel corporale: pones Cor-  
pus, Animum, Personam tuam, Memo-  
riam, Voluntatem, Intellectum, omnes tu-  
os: & quidquid nominatim commendatum  
voles, & DEV'S seit ac vult ex Personis  
vel negotiis necessitatibusque.

XV. Ante & inter infusionem Vini  
dices: Divinitas Christi, Vel. Toto me,

gloria Tibi Patri, & Tibi Filio, & Tibi Spiritui Sancto.

XVI. *Dum ante Orate fratres, oscularis: altare, dices: Benedic Spiritus Sancte con- filia & vota & cogitationes discipuli tui, servuli tui.*

XVII.

*Post ultimā Secretā ante Per Omnia Sæcula, facies in te renovationem fervoris, devotionis, & omnium in præparatione gestorum Dicens Sursum Corda, Utraque manu mundans complexus totum elevabis ē suā fæce, ad Deum rapies, feres, statues. Ad Gratias agamus, inclinabis reverenter caput, propter Indulgentiam, Praefationem totam & in specie Sanctus dices: nomine, affectu debito, caelestium terrestrium & infernorum. In vivorum Memento, revocabis te ad factum ante Sacrum, specia- liter as nominatim quadam breviter com- mendabis.*

XVIII. *Ante Consecrationem elicies affectum Consecrationis ex die liturgico qui inciderit. Deinde affectum ex sequenti bus septem, pro ratione diei: Quem cons- cludes*

clades semper immolatione Tui ipsius cum  
Christo. Per manus ejusdem Christi, &  
Pretiosissimæ Parentis & omnium elector  
rum & nominatim hujus diei Sancti.

DIE DOMINICA. Mi IESV illo affectu,  
quo Te Sanctissima Trinitas sibi  
immolari voluit: & quo Tu Te Sanctissi  
ma Trinitati immolasti; hoc eodem af  
fectu ego Te Sanctissimæ Trinitati nunc  
immolo & me Tecum per manus Tuæ  
Sanctissimæ Humanitatis, Pretiosissimæ  
Parentis, omnium electorum Tuorum,  
& nominatim per manus Sancti N.

2. FERIA 2. Mi IESV illo affectu  
quo Te Pater aeternus, sibi, Tibi, spiritui  
Sancto immolari voluit, & Tu Te im  
molasti: hoc eodem affectu ego Te Pa  
tri aeterno, Tibi & Spiritui S. immolo &  
me Tecum per manus Tuæ Sanctissi  
mæ &c.

3. FERIA 3. Mi IESV illo affectu,  
quo Te Tibi, Patri, Spiritui Sancto im  
molasti, hoc eodem ego te Tibi, Patri,  
& Spiritui Sancto immolo. Immolo &  
ne &c.

4. FERIA 4. Mi IESV illo affectu,  
quo te Spiritus Sanctus sibi, Tibi, Patri  
eterno immolari voluit, & Tu Te im-  
molasti; hoc ego eodem Te Spiritui San-  
cto & Tibi & Patri eterno immolo. Im-  
molo & me &c.

5. FERIA 5. Mi IESV illo affectu,  
quo Tu te Sanctissimæ Trinitati in ulti-  
ma Cœna immolasti pro nobis: hoc eo-  
dem, ego Te nunc eidem immolo. Im-  
molo & me &c.

6. FERIA 6. Mi IESV illo affectu,  
quo Tu Te Sanctissimæ Trinitati in ara  
Crucis immolasti pro nobis: hoc eodem  
ego Te nunc eidem immolo & me &c.

7. SABBATHO. Mi IESV illo affe-  
ctu, quo Te Sanctissima Trinitas sibi im-  
molari voluit: quo Te eidem immola-  
sti, quo SS. Paren: quo omnes electi  
tui Te immolare voluerunt aut immola-  
runt, hoc eodem Te ego eidem Sanctis-  
simæ Trinitati nunc immolo. Immolo &  
me &c.

XIX. Ex nunc à Consecratione usque ad  
sumptio

sumptionem genuflectens latrice adorabis  
präsentem Christum in Sanctissimo Sacra-  
mento.

**XX.** Ante Elevationem Hostiæ genua  
latreutice flectens commendabis instans  
iua mortis:

**M**I JESU instanti Mortis Tuæ & o-  
lim in Cruce peractæ, nunc in Sa-  
crificio repræsentatæ. Instanti quoque  
Mortis Matris Tuæ, omniumque San-  
ctorum Tuorum, & in specie instanti SS.  
N N. instans Mortis meæ commendo.  
Benedic isti per illa & propter illa.

**XXI.** Ad Hostiæ elevationem elicies  
affectum ex die liturgico prout inciderit.  
Item: Adoro Te latens Deitas.

**XXII.** Ante Calicis Consecrationem ra-  
tificabis tuum testamentum: Mi JESU te-  
stamentum meum pro me. ratum ha-  
beo, illudque Sanguinis tui pretiosissimi  
consecratione confirmo.

**XXIII.** Post consecrationem Calicis om-  
te & in elevatione ejus dices.

**I.** Pie Pelicane IESU Domine, meim-  
mundum

\*\*\* Si \*\*\*  
mundum, munda tuo sangvine.

2. Mi JEEU fac me, sanguinem meum  
sundere pro Te, qui Tuum fudisti pro  
me.

3. Mi JESU accende me Amore Tui  
Seraphico, Mariano, Tuo, Crucifor-  
mi, incessabili.

4. Mi JESU Instanti Mortis Tuæ &  
Matris Tuæ & electorum Tuorum,  
Instans Mortis meæ commendabo:  
benedic isti per illa & propter illa, &  
fac me venire ad Te ut cum SS. Tuis  
laudem Te in sæcula.

XXIV. Signans Te ac dicens: Omni  
benedictione; addes: & gratia in tota la-  
titudine & capacitate nostra repleamur,  
¶ interim aperies dilatabisque totam sub-  
stantiam Tuam in hac universi eamque gra-  
tias ex DEI manibus ¶ Sacrificio Chri.  
Si manantibus suppones, ut totus implea-  
ris finaliter.

XXV. In memento mortuorum: re-  
veca Te ad solitum: ¶ breviter ad pro-  
ximus mortuos commendatos, hic sepultos,

tuos & nominatis, pro quibus orare intendis, quos praedestinavit DEUS per N.  
S. juvari, pro quibus orare debes & intendis, pro quibus orares si mortuos scires  
pro quibus DEUS peculiariter vult & scit  
orari.

**XXVI.** Dum facis super Hostia Cruces,  
inter Galicem & pectus dicens: est Tibi  
DEO Patri, refera Cor Tuum & omnia  
interiora Tua Sanctissima Trinitati.

**XXVII.** Dicitis illis verbis: Omnis ho-  
nor & gloria, addes: omnis ignitissima,  
Seraphica, Mariana, Christiformis dilec-  
tio, gratiarum actio; Saginatio, exulta-  
tio: omnis profundissima (Coelestium su-  
per Caelos omnes) exaltatio.

**XXVIII.** Orationis Dominica singulas  
partes dices peculiari reflexione & affec-  
tu: intendens ea omnia impetrare. (Tibi,  
Tuis, Ecclesiae) qua Christus illa ora-  
tione complexus est.

Pater noster qui es in Cælis. Affectu,  
Filialis (Christi), fiduciæ erga Patrem  
tam bonum & dignum. Toto Te: toto

me. Sanctificetur Nomen Tuum. Desidera glorificationem DEI plenam & dignitati ejus adæquatam inter & apud creaturas.

*Adveniat Regnum Tuum.* Dilata paulò amplius manus & cor: quasi amplexurus desiderio Regnum DEI in omni creaturâ nomine ejusdem creaturæ. *Fiat voluntas Tua.* Adora hæc dicens, Voluntatem DEI & tam Corpus quam Animam, cum omnibus utriusque virtibus ac potentiis eidem substerne.

*Sicut in Cælo & in terrâ.* Applicabis hæc varie v. g. Sicut in cœlo Cordis Divini & in decretis voluntatis ejus, sic & in te, in omni creaturâ.

*Sicut in IESU Christi corde, Humani-  
tate, sic & in te.*

*Sicut in Pretiosissima Parente Virgine  
MARIA, ita & in te.*

*Sicut in Beatis & Electis & in Sancto  
N. ita & in Te. & omnibus superter-  
ram degentibus, in omnibus terrena de-  
siderantibus.*

Panem nostrum quotidianum. [Intellige;  
Dignificationis Tuz, Dignationum Chri-  
sti, Sacrificij, Sacramenti, Orationis,  
Crucis, lingvarum, gratiarum cælestium]  
da nobis & hodie.

Et dimitte nobis debita nostra, Sicut &  
nos, Te DEO nostro teste & dante, di-  
mittimus debitoribus nostris ex corde de-  
bita nostra omnia in æternum.

Et ne nos inducas in temptationem, in qua  
cadamus & Te offendamus.

Sed libera nos à malo, Præsertim spirituali  
li culpæ & pœnæ, quo potes, scis, & vis,  
Amen.

XXX Dicto: hæc Commixtio, sub-  
des: Mi IESU me & omnes meos, quos  
Tu scis, vis, immergo in Sangvine Tuo,  
perfice me, Tibi in munus æternum.

Mi IESU per pretiosissimum Corpus &  
Sangvinem Tuum, da mihi gratiam Con-  
Donum N. N. fructum Spiritus Sancti,  
omnis gratiæ, quam scis, & vis, & potes,

XXX. In secunda oratione ante Com-  
munionem, dictis illis Verbis: & fac me  
tuis

tuis inhærere mandatis, & à Te [sub.]  
junges? atque à Tuâ Santissimâ Vo-  
luntate, eminentissimâ Dignitate, igni-  
tissimâ & incessabili Charitate nunquam  
seperari permittas.

**XXXI. Post tertiam Orationem subdes  
tas postulationes.**

**D**omine DEUS meus per Preciosissi-  
mum Corpus & Sanguinem Tuum,  
per omnem Cordis tui Bonitatem, &  
per omnes Viscerum Tuerum misterio-  
nes, peto à Te, ut des mihi, meis o-  
mnibus, Charissimo, N. N. Parentibus,  
Superioribus, Fratribus carne & spiritu,  
Consangvineis meis, p̄nitentibus meis  
præteritis, præsentibus & futuris, gratias  
tuas congruas, frequentes, efficaces, fi-  
nales, des N. N. finalem p̄nitentiam,  
da beneficitoribus nostris N. N. loci hu-  
jus, Provincialibus, Generalibus, tem-  
poralium sufficientiam, & Spiritualium  
abundantiam, da mihi Officiorum & ne-  
gotiorum & necessitatum, finalem feli-  
cemque successum; da finalem perseve-  
rantiam

fiantiam in gratia, & mortem Sanctam  
 gratiam da Indivinationis, Puritatis, da  
 mihi & toti mundo notitiam Tui & sui  
 & Orationis, da repressionem spiritus  
 mundani & fornicationis, da mihi [*hoc*  
*dices genuflectens*] ut possim fundere san-  
 gvinem meum pro Te, qui Tuum fudi-  
 sti pro me, da mihi amorem inimico-  
 rum meorum, utere illorum linguis, ca-  
 lamis, judiciis, censuris, ad humiliandum  
 me, ad exaltandum Te, da mihi perpe-  
 ces illorum, meritis precibusque Tuis  
 conjunctas, commutari in virum Volun-  
 tatis Tuae, da mihi hoc praesenti munere  
 defungi, ad puram gloriam Tuam, ad  
 puram confusionem meam. Deniq; da  
 mihi & inimicis meis, gratias & miseri-  
 cordias, quas potes, scis, & vis, da mihi  
 augmentum amulorum & ingratorum  
 & inimicorum meorum, da mihi lin-  
 gvas & calamos & ingratitudines mer-  
 cedem meam, da mihi panem meum  
 quotidianum, Orationis, Sacrificij, Sa-  
 cramenti, lingvarum & benedictionum

Tue;

Tuarum &c. Panem Cælestem:

XXXII. Domine non sum dignus,  
dices uno ex septem affectibus per singulos  
dies.

1. Affectu refugientis resistantisque hu-  
miler & reverenter, Domino intrare  
volenti, ut Centurio.
2. Affectu deprecantis ingressum Domi-  
ni ad te, ut Petrus.
3. Affectu admirantis Dominum ad te  
intrare volentem, ut Elizabeth.
4. Affectu dissuadentis, & indignitatem  
facti, Domino dignissimo intrare volenti  
proponentis, ut joannes Baptista.
5. Affectu protestantis toti creaturæ,  
quod sis Domini ingressu indignus, quod  
que tibi vis ab illo fiat.
6. Affectu fatentis quidem indignitatem  
ingressus Domini, permittentis tamen  
immò & optantis ingressum.
7. Affectu ostendentis tanto labore o-  
pus non esse Domino; ut ad te veniat:  
ut pote qui unico verbo totum salutis  
negotium absolvere possit. *Ignescet a-  
more, desiderio, reverentia totus.* Post

Post quam tertio dixeris: **O** fanabi-  
tur Anima mea, subdes: quæ Te, totâ le-  
redit, amat, agnoscit, adorat, benedicit,  
concupiscit ardeat.

XXXIII. Dicto: Corpus Domini no-  
stri IESU Christi &c. dices: Omnia  
Sanctorum, omnium Angelorum, omni-  
um Cherubinorum, omnium Seraphi-  
norum, supremi Seraphim, Societatis æ-  
ternæ & increatae Sapientiae, Preciosissi-  
mae Parentis Tuae, mihi JESU Sanctissimæ  
Humanitatis affectu, Te hic præsentem  
credo, amo, æstimo, adoro, desidero,  
recipio, toto me, toto Te.

Mi JESU offero Tibi hanc Commu-  
nionem, pro necessitatibus meis natura-  
libus, corporalibus, personalibus spiritu-  
alibus, temporalibus, officialibus, pro  
Aniinibus, multum auxilio tuo indigis,  
da illas mihi frequenter, suaviter, effi-  
caciter, humiliter, juvare omni meliori  
modo, sicut, potes, scis, & vis. Offero  
etiam Tibi pro omnibus necessitatibus,  
quibus tu scis, & vis.

Mi

MY IESU tota vilitatis; misericordia, mendicitatis, peccaminositatis meæ abysso, totis abyssis Charitatis meæ, abyssis Charitatis Seraphicæ; Marianæque, Societatis, totis abyssis Charitatis Preciosissimæ Parentis, & Tuæ Theandricaæ, Te credo, amo, astimo, adoro, desidero, recipio.

Nunc tempus mi IESU, nunc tempus ornare me, meritis & gratijs. & virtutibus Tuis, & Matris Tuæ, & omnium Electorum Tuorum dignè Tè, quia pauper sum, vilis & abjectus nimis.

Nunc tempus est mi IESU, dilatare me latitudine Divinitatis Tuæ, Humanitatis Tuæ, preciosissimæ Parentis, & omnium Electorum Tuorum, quia angustus sum nimis:

Nunc tempus est mi IESU, inflammare me igne Charitatis Tuæ, Preciosissimæ Parentis, omniumque electorum Tuorum, quia frigidus, tepidusque sum nimis.

O ignis, qui semper ardes & nunquam extingueris? &c.

Ex

Excitabis etiam in Te affectum Communionis ex die liturgico qui inciderit. as densum Sanctissimum Sacramentum sumes.

XXXIV. Sumptu Sanctissimâ Hostiâ sub specie Panis, in singula momenta curabis crescere in affectu fidei &c. pro inde dices assiduo: Credo. amo, adoro, desi-  
dero, recipio; reperens iterum iterumque affectu millies millies magis excrescente. Vel certè alium similem affectum progressivum excessivumque exercebis, per rationem falsam, si non licebit persensum etiam.

XXXV. Genuflectens, repetes quinques minimum, Laudetur Sanctissimum SACRAMENTUM propter Indulgentiam.

XXXVI. Signans te calice & dicens: Sangvis Domini nostri IESU Christi custodiat Animam meam in vitam æternam, custodiat etiam omnes meos in Te & Tuos in me, & sit super nos omnes sangvis tuus, signaculum vitae æternæ, Amen.

XXXVII. Post eadem Verba, ante summo

ptum

ptum Calicem Testamentum tuum ratifi-  
cabis.

Mi IESU Testamentum meum ratum  
habeo; illudque sanguinis Tui sumptio-  
ne confirmo. Sit mihi mi IESU! san-  
gvis hic Tuus, sacrificium, sit Sacramen-  
tum, sit Testamentum, sit viaticum,  
sit Professionis meæ, quam item ratam  
habeo signaculum, sit meæ voluntatis  
cum Tua voluntate desponsationis æter-  
næ incrementum, sit Indivinationis au-  
gmentum, sit ad Tuam Dignitatem cu-  
ræ implantamentum. Sit Seraphicæ, Ma-  
rianæ, Tuæ Charitatis, erga Te, erga  
P. Parentem erga Sanctissimum Sacri-  
cium atque Sacramentum erga Crucem,  
Mortem, & Passionem Tuam augmen-  
tum.

XXXVIII. *Sumens actu Sanguinem de cedi-*  
*Calice dices corde: Mi IESU portio mea, quo-*  
*sanguinis tuus. portio Tua Sangvis me-*  
*us. Mi IESU portio meæ Dignitas Tua,*  
*Portio Tua Dignitas mea. &c.*

XXX X. *In quiete post Sumptionem Ca-*  
*lis*

licis facies supplicationem Domino pro ligatione à Regimine.

Mi IESV per Tuam in hoc Sanctissimo sacrificio & Sacramento, & in visceribus Animæ Corporisque mei praesentiam, peto à périculis ejus liberes me, & in hac ipsâ praesenti dirigas & adjuves me quam efficacissime sicut potes, scis, & vis, expedire gloriæ Tuæ, saluti & perfectioni meæ, proximorumque meorum.

*Deinde conduce operarios & mercedem pacifceris.*

Mi IESV, 1000. Actus Tibi & P. Parenti offero &c. pro eo, ut in me & in omnibus meis, quos scis & vis, opereris gratias, quas potes, scis & vis, nominatim constantiam & efficaciam dulcedinis, fervoris ac luminis: spiritum quoque Orationis, mortificationis, contemplationis, Donum quoque gratiarum actionis pro omnibus beneficijs Tuis: in specie, pro Beneficio Sacrificij, Sacramenti, Penitentiaz, Eucharistiaz, Unctioni Extremae

Extremæ. Donum abyssalissimæ Tui Re:  
verentiae, mei vero contemptionis.  
& impetratiōnis omnium gratiarum quas  
potes scis & vis Tibi placitissimas mihi  
utilissimas, & efficacissimas finales; Do-  
num utendi iisdem gratijs *fuxta* gustum  
Tuum. Donum denique deliciosissimæ  
post Sacrum gratiarum actionis.

M<sup>i</sup> IESV Purissimo Corpore & San-  
gvine Tuo purifica corpus & sanguinem  
meum, purissimo cibo & potu Tuo, pu-  
rifica gulam meam, purissimo verbo tuo  
purifica mentem & lingvam meam.

*Eliches quoque iterum quinques Lau-*  
*detur SS. SACRAMENTVM propter*  
*Indulgentiam, item elicies actus ad A-*  
*ternam Sapientiam. Veli Divinitas Christi*  
*in habita me, Persona Christi in divina me,*  
*prout feret tempus.*

XXXVIII. *Dicit<sup>e</sup> Post communione dum o-*  
*scularis Altare dices: Benedic Creator*  
*memoriam creature tuæ. Post Orationes*  
*dum oscularis dicas: Benedic Redemptor*  
*intellectum redempti Tui.*

Post

**P**er Placeat tibi: dum oscularis die, Be;  
nedic Spiritus Sanctificator Voluntatem  
Sanctificati tui.

**XXXIX.** Tollens calicem de altari ante  
abutum; dices breves orationes has

**Q**uæsumus Omnipotens DEVS, ut  
inter ejus membra numeremur, cu;  
jus communicamus Carni & sanguini.

**H**æc Sacra nos quæsumus Domine  
potenti virtute soundatos ad suum puri;  
ores faciant redire principium.

**S**ancti Nominis Tui Domine timo;  
rem & amorem, fac nos habere perpe;  
tuum, quia nunquam tua gubernatione  
destituis, quos in soliditate tuæ dilectio;  
nis instituistis.

**XL.** Genuflectens ultimò ante altare di;  
ces. Toto me, gloria Patri, gloria Filio,  
gloria Spiritui Sancto, Quotiescumque  
genuflectis in sacro, flecte affectu omni;  
um Sanctorum; & omnium creaturarum,  
quo DEVUM debent adorare.

**XLI.** In recessu ab altari, usque ex sa;  
grario ad cubiculum, vel gratiarum actio

nis locum, recitabis canticum Trium  
puerorum Te DEUM laudamus, Magni-  
ficat, aliasque orationes. Lavabis ma-  
nus post sacram dicens solitam orationem  
&c: Laudate Dominum omnes gentes:  
pro defectibus Missa supplendis.

## OBSERVATIONES POST SACRUM

### OBSERVATIO I.

**Q**uares solitudinem mentis, à curis, Cor-  
poris, ab Hominibus; ut totum te cum  
Christo, Sanctissima Trinitate in te Sacra-  
mentaliter concomitanterque speciali reali-  
tate presente, occupes, crescendo semper in  
devotionis fervore, ab ipsa communione  
usque ad consumptionem. Moraberis cum  
Domino quād diutissimē licebit, nullis non  
artibus studendo DEUM demereris tibi  
plurima & maxima à ditissimo, libera-  
lissimoque Principe, Patre, Domino, DEO,  
bona ac dona postulando, cum ad cor tibi  
loquentēm audiendo, statum vita tua, ne-  
cessitatesquē tuas, proprias, communesque  
exponendo.

II. Exercebis actus quinque ad Christum  
presentem. Dulcissime Hospes animæ  
meæ IESV, pro eo affectu & charitate,  
quâ hoc Sacrificium atque Sacramentum  
in ultimâ Cœna instituisti, & me ad il-  
lud peragendum sumendumque admisisti.

*Ignosce obsecro, quod non cum debi-  
ta præparatione, puritate, humilitate de-  
votione, ad tantum Mysterium accesse-  
rim. Omnem porro defectum in ejus  
oblatione & sumptione commissum, de-  
le ac remitte, supplendo hos defectus  
commissionis æquè ac omissionis, acti-  
bus tuæ profundissimæ reverentia, inten-  
sissimæque charitatis, quos Tu ipse in die-  
bus carnis Tuæ circa hoc Mysterium  
exercuisti, & quos unquam ex dono Tuo  
omnes servi tui huic mysterio addictissi-  
mi exercuerunt, exercent, exercebunt  
que usque ad finem sæculi: quos qui-  
dem actus omnes, jam nunc ego in sua  
omni circumstantia, Tibi placita, Tuis  
Theandricis actibus unitos, offero nunc  
toto me, per Te Sanctissimæ Trinitati,*

in supplementū omnium, quī mihi defuerunt, petens simul omnia impedimenta fructuum & gratiarum Sacrificij Sacramentique à me removeri.

*Introitrahe.* Mi IEsu totam hanc meam hujus Sacrificij actionem in cor tuum amabile, offer in gratiatum actionem, imprestationem, satisfactionem, reliquosque fines, quorum intuitu nunc sacrificium obtuli, Sacramentumq; sum: p̄si Præcipue verò, ad gustum Patri, Verbo, & Spiritui Sancto, nec non ad incrementum specialis gloriae omnium Sacerdotum Sanctorum Patronorum Myste rij hujus in Cælo regnantium, augmentum verò in terris adhuc degentium,

*Uni me Tuum* Mi IEsu indissolubili amore ad eum, quā possibile est modum, quo Tuæ Humanitati unita fuit, & est Divinitas, in qua subsistebat. Sis Tu quoque mi IEsu subsistentia &c vita animæ meæ, ut in Te, propter Te anima mea subsistat, vivat, moveatur, agatur & agatur per Spiritum amabilissimi cor

dis Tui, ita ut anima mea plus de Te vivat, quem amat, quam in corpore, quod animat.

*Transforma me in Te Mi IEsu, ut omnis substantia mea pereat in Te. Nihil sit in me, non tuum non in te transformatum. Totus anohiler in me, & Tu sis meum esse, omniaque mea.*

*Admitte me mi Dulcis IEsu, æterna Patis Sapientia ad ignitissimam & Seraphicam Societatem amantium Tuam Sanctissimam Humanitatem, sive interris, sive in cælis. Hoc autem peto per cor & animam dilectionis Tuæ P. Parentis; quæ Te Incarnatum prima & principaliter & maxime super omnes Seraphinos magis Seraphicè dilexit: atque in Sacramento omnium maximè & dignissime amavit & honoravit. Peto id etiam per corda & animos omnium qui Tuam Sacratissimam Humanitatem ardenter me dilexerunt, coluerunt, petissimum qui sub specibus Panis & Vini immolaverunt, vel immolatam honorarunt, æstig-*

marunt, manducaruntque; hoc per ipsam  
istam Tuam, ô Æterna increata Incar-  
nataque Sapientia Humanitatem, quām  
modō immolavi & sumpsi, cuius præ-  
uentiâ Sacramentali adhuc fruor & fruar  
usque ad specierum consumptionem; ut  
nimirum ex dono Tuo & ex virtute Sa-  
cramenti Sacrificijque sim unus ex ama-  
toribus Tuis Seraphicis, incessabilibus,  
neque ab eorum Societate excludar un-  
quam in tempore & æternitate.

III. *Eliches sequentes actus.* Dulcissime  
IESV Te in me realiter concomitante  
Sanctissima Trinitate præsentem credo,  
amo, æstimo, adoro, toto me, toto cor-  
pore, tota anima, persona, omnibus viri-  
bus internis omnibusque partibus exter-  
nis. Tota memoria, intellectu, voluni-  
tate, libertate, deliberatione, judicio, in-  
genio, imaginatione, omnibus sensibus  
externis omnibus affectibus partis su-  
perioris & inferioris, omnibus qualita-  
tibus & accidentibus, omnibus actioni-  
bus & passionibus, omnibus virtutibus  
donis

donis & bonis, tam naturalibus quam  
supernaturalibus, omnibus atomis, o-  
mnibus circumstantijs omni etiam ob-  
edientiali capacitatem. *Credo* etiam &  
*amo* & *adoro* Te mi IESV cum San-  
ctissima Trinitate in me realiter præsen-  
te, toto me: toto universo. omnibus  
que atomis universi, universalitatisque,

*Affimo* & *adoro* & *amo* Te toto  
cælo, igne, aere, aquâ, terrâ, omnibusque  
hic contentis, omnibus etiam horum vi-  
ribus, actibus, conditionibus. *Affimo*  
& *adoro* & *amo* Te quoque, tota P.  
Parente, totâque curiâ Cælesti Sanctis,  
Angelis, Archangelis, Virtutibus, Prin-  
cipatibus, Potestatibus, Dominationibus  
Thronis Cherubinis, Seraphinis Apo-  
stolis, Patriarchis, Prophetis, Martyribus,  
Doctoribus, Confessoribus, Virginibus,  
Viduis, omnibusque Sanctis.

*Affimo* & *adore* & *amo* Te quoque  
omnibus inanimatis, omnibus etiam da-  
matis tota æternitate.

*Humilio* me Mi IEsu Coram Te &

coram Sanctissima Trinitate, tecum in  
me præsente, toto me, usque ad inferos,  
usque ad abyssos, infra damnatos, infra  
bruta, infra inanimata, & infra ipsum  
nihili eentrum.

*Benedico Te Mi IESU cum Sanctissima  
Trinitate tecum in me præsente, toto me,  
benedictionibus & laudibus totius crea-  
ture, inanimatae, viventis, sentientis, in-  
telligentis, damnatae, viaticis, Iustæ, Be-  
atæ, P. Parentis, Tuæ Sanctissimæ Hu-  
manitatis & Divinitatis, & denique San-  
ctissimæ Trinitatis.*

*Exulto de omnibus & singulis bo-  
nis Tuis ô Sanctissima Trinitas, atque  
JESU Christi Humanitas, exulto toto  
me, totisque totius mei viribus. Exulto  
Trinitas Sanctissima Te esse id, quod  
es; esse Te DEUM Unum in Trinitate,  
Trinum in Unitate, esse Vitam, Ratio-  
nem, Voluntatem, esse Omnipotentiam,  
Misericordiam, Iustitiam, Charitatem, Bo-  
nitatem, Liberalitatem, Immenitatem,  
Dignitatem, Sapientiam, Unitatem, A.  
terni.*

ternitatem, Pulchritudinem, Dulcedinem  
 Laudabilitatem, Simplicitatem, Omnia.  
**Exulta** Mi JESU Te etiam esse id quod  
 es, esse Te DEVUM Hominem, & gratu-  
 lor tibi id, quod es & id quod habes,  
 gratulor tibi omnia bona naturæ, gratiæ,  
 gloriæ, unionis hypostaticæ, omnia quo-  
 que opera, munera, merita, glorias, vir-  
 tutes..

**O**mi JESU te ego præsentem in me  
 DEVUM, homo; Creatorem, creaturæ;  
 Redemptorem, redemptus; Dominum,  
 servus; Regem subditus; Imperatorem,  
 miles; Parentem, filius; Magistrum di-  
 scipulus; medicum infirmus; Iudicem re-  
 us; Sponsum sponsa; Pastorem ovicu-  
 la; Ditissimum divitemque DEVUM pau-  
 pereculus & miserculus, toto me amo-  
 & astimo, & exalto super omnia pro-  
 pter te.

Tibi Mi JESU omnes actiones & pa-  
 siones, seu mutationes totius vitæ sub-  
 stantiæque meæ (imò & omnium qua-  
 tum in me est creaturarum) unitas acti-

onibus & passionibus & meritis totius  
 vitae tuæ, in realem, verbalem, cordia-  
 lem, præteritam, præsentem & futuram,  
 omnimodam, possibilem, infinitam, in-  
 cessabilem, offero, consecro, dono, tra-  
 do, sacrifico, gratiarum actionem, lau-  
 dem, adorationem, amorem, exaltatio-  
 nem tui: Itemque in præparationem ad  
 futuras Missas & communiones. Item in  
 dispositionem ad gratias Sacrificij, Sa-  
 cramenti, beneplaciti, actuales, habitu-  
 alesque, finales, oportunas, efficaces,  
 perseverantes. Item in satisfactionem pro  
 defectibus missarum & communionum  
 & confessionum mearum: & pro omni-  
 bus meis tam culpas quam pœnae obli-  
 gationibus, in specie autem pto pœnis o-  
 mnibus spiritualibus. Item pro anima-  
 bus in purgatorio.

Item pro gratia fervoris in vita & mor-  
 te, proque sancta morte, finali in boni-  
 tate & sanctitate, & perfectione, & So-  
 cietate perseverantia.

*In particulari volo mi IEsu cum tua  
 gratia*

gratia me exercere & perficere assiduo  
Idque specialiter in gratiarum actionem  
pro Sanctissimo sacrificio & Sacramen-  
to in aliosque fines jam supra expresos;

*In renovatione intentionis crebra.* *In*  
continuè crescentis fervoris excitatione

*In actuali devotione in omnibus.* *In*  
concatenatione actionum per spiritum.

*In DEI præsentis amante memoria &*  
memori amore. *In invocatione auxilij* *In*  
communicatione spirituali *In actibus her-*  
*oicis.* *In usu orationū ejaculatoriarum.* *In*  
amore & fame orationis, crucis & labo-  
ris. *In dilectione cordiali beneficentias*  
que erga inimicos, & detractores. *In gra-*  
*tiarum actione assidua & reali pro be-*  
neficijs toti mihi factis & faciendis per  
æternitatem. *In actibus quām plurimis*  
heroicè magno spiritu & devotione pe-  
ragendis.

Ad eundem finem volo mihi Iesu, volo  
cum Tuâ gratiâ emendare me peculiariter:  
& particulariter. *In fuga vanâ gloriae.* *In*  
*ira & impetuositate,* *In actuum inordinas-*

tione. In tempore in gulositate in inconstan<sup>ti</sup>a, in complacentia & fiducia mei, in neglectu reflexionum, in amaritudine animi, in effusione agendi, in minimo-  
rum bonorum, mortificationum & perfe<sup>c</sup>tionum omissione, in minimarum im-  
perfectionum contemptu & admissione.  
*In gravedine atque repugnantia ad orandum.*

IV. Confiteberis Christo eorumdab*iu*  
que tuas & totius mundi necessitates. Mi-  
I Esu confiteor & commendo tibi, om-  
nes meas necessitates naturales personai-  
les, spirituales, corporales, officiales, tem-  
porales.

Confiteor & commendo tibi pauperatatem meæ memorie; intellectus, volun<sup>t</sup>tatis, judicij, Imaginationis, sensuum, corporis, affectuum animæ, scientie prudentie, virtutum, gratiarum, merito-  
rum, sanctitatis actionum & passionum, firmitatis in patiendo, agendo, & per-  
severando. Discretionis & industriarum,  
in cura potissimum aliorum tam quoad  
interi:

Interiora, quām quoad exteriora eorum  
 Confiteor etiam & commendō  
 Tibi mi<sup>hi</sup> JESU toto me, necessitates  
 omnes totius mundi, Ecclesiæ, Im-  
 perij Christiani, Regni, & Regis no-  
 stri, Societatis, superiorum, personarum,  
 locorum, laborum, officiorum, tribula-  
 tionum, temptationum, zeli ejusdem, con-  
 fraternitatum quibus participo. Paren-  
 tum Fratrum Consangvineorum; in spe-  
 cie amicorum privatorum & communi-  
 um, inimicorum privatorum & commu-  
 nium, Benefactorum privatorum & com-  
 munium, omnium, quos læsi & nocui  
 unquam, omnium ad curam meam per-  
 tinentium, omnium pœnitentium meo-  
 rum, præteriorum, præsentium, futuro-  
 rum, omnium qui pro me orant, omni-  
 um, qui se commendaverunt orationi-  
 bus meis, omnium personarum & rerum  
 commendatarum ab obedientia, omni-  
 um meorū in Domino, quos ille fecit &  
 vult, omniū in peccato mortali, in a-  
 gone mortis, in gravi necessitate, omni-

um animarum purgatoriij. Omnia, pro  
quibus Societas orare intendit, quos præde-  
stinasti per nostram Societatem juvati,  
pro quibus orarem, si illos mortuos esse  
scirem, omnium vivorum & mortuorum,  
quos scit & vult DEUS, Tu mi J E S U,  
qui cum Patre & Spiritu S. omnia dili-  
gis, & scis, & potes, adjuva omnes nos,  
sicut scis, vis, potes, propter te.

V. Reddes rationem conscientia ac vi-  
ta tua Christo praesenti: ut DEO, ut Me-  
dico, ut Spiritus Patri; aperiesque illi  
conscientiae librum, & petes, ut scrutetur  
latebras ejus in lucernis suis utque tibi Iu-  
ces suâ indicet, quid displiceat in te, quid  
desideret à te. Repetes si voles & facies  
Christo Confessionem defectuum tuorum  
(supra positorum ante Sacrum Oberv. 5.  
ex Thoma de Kempis) petesque miseri-  
cordiam & indulgentiam. Audies attente,  
& reverenter, quid loquatur in te Domi-  
nus tuus, quid jubeat, quid moneat, quid  
arguat, quid desideret; statuesque cum o-  
mni fidelitate, diligentia exequi omnia,

qua

quæ intimata tibi senseris à Domino.

*VI. Exercèbis quām plurimos virtutum actus in gratiam Christi Domini presentis.*

1. Agnosco mi JESU DEUS, & Redemptor meus, inhabitator quoque, cibus & conviva, Hospes & Sponsus, pater & Rex meus; agnosco inquam me sine tua gratiâ nihil esse, nihil nosse, nihil posse, in Te autem & de Te omnia esse, posse, & nosse.

2. Mi JESU tota mendicitatis meæ abyssø, Tibi supplico pro omnibus, & singulis bonis, donis, naturæ, gratiæ, gloriæ, mihi & omnibus quibus Tu scis & vis.

3. Demergo me Domine in omnes abyssos nihili miseriæ malitiæ indignitatisque meæ; in omnes autem abyssos, Essentiæ, Bonitatis, Dignitatisque Tuæ, coram Te, propter Te, teto me.

4. Doleo de peccatis meis omnibus & singulis cordis, oris, operis, commissiōnis, omissionis, alienis, ignorantiae, detractionis

tradtionis, superbiz, inconstantiae, juvenitatis,: Doleo autem propter Bonitatem Dignitatem Charitatem Tuam: propter vilitatem, malitiam ingratitudinemque meam, toto me.

5. Credo Domine adjuva incredulitatem meam. Credo Te, in Te, de Te, omnia revelata à Te, quia revelata à Te, toto me.

6. Spero in Te, spero Te, spero à Te spero omnia promissa à Te, quia promissa à Te, & in sola gratiâ Tuâ meritisque Tuis confido toto me, propter Te.

7. Confige Domine timore tuo carnem & mentem meam, ut Te semper, & solum, & super omnia, timeam, ut que creaturas timere timeam.

8. Mi IESU toto me amo, aetimo, dignifico Te, quantum Tu scis, si parum, da amplius, da fortius da incessabilius, da Seraphico, da MARIANO, da Tuo amore, diligam Te, propter Te.

9. Devoveo, despondeo, dedico me totum, toto me, ssvavissimæ, adorande dignissimæ

gnissimæ voluntati Tuæ propter Te.

10. Devoveo, etiam totum me, to<sup>z</sup>  
to me, exaltandæ dignitati Tuæ, propter  
Te.

11. Mi IESU qui uteris Te ad hu<sup>z</sup>  
milandum Te, exaltandum autem me,  
utere etiam me, ad humiliandum me.  
& exaltandum Te, valde, toto me, pro-  
pter Te.

12. Peccavi Domine, peccavi Tibi  
foli, & malum innumerum coram Te  
feci, feci, ego vilitas, malitia, nihil; sed  
autem in Te Dignitatemque Tuam &  
Bonitatem & Voluntatem Tuam.

13. Ad satisfaciendum pro peccatis  
meis, Tibi, Mi IESU trado me totum,  
voluntati, iustitiae, misericordiæque Tuæ,  
fac ergo mecum voluntatem, iustitiam,  
misericordiam Tuam sicut potes, scis,  
& vis.

14. Pone me totum Domine in ma-  
nibus tuis & in. Beneplacito Iuvissimæ  
Voluntatis Tuæ, ad omnem omnino u-  
sum placitumque Tuum, in omnibus  
circum

circumstantijs tuæ voluntati placitis, si  
ve sint illæ dulces, sive amaræ, sive sint  
duræ, sive faciles, sive honorificæ, sive  
ignobilès, sive sint longæ, sive breves.

15. Volo Mi IESU & desidero & pe-  
to pati, quidquid me vis pati; quidquid  
patiuntur, passæ sunt, passuræ adhuc sunt  
omnes creaturæ per omnem æternita-  
tem, propter participationem omnis  
Crucis Tuæ, quam subiisti pro me.

16. Immole Tibi Domine, immolo  
omnem amorem, omnem libertatem,  
omnem sensum omnem intellectum, o-  
mnem honorem, omnem substantiam,  
omnem capacitatem, omne quidquid  
sum & esse possum, omnem & totum  
me, immolo inquam in holocaustum ju-  
ge & æternum super altare Voluntatis  
Tuæ in igne dilectionis tuæ, in pruni-  
censuræ humanæ & omnis omnino cre-  
aturæ propter Te.

17. Exuo me & expollo me amore,  
gusto, proprietate, dominio, usu, intuitu  
omnis creaturæ, etiam necessariæ, eriam  
mæi

mei ipsius, etiam omnium actionum  
passionumque, etiam partium ac poten-  
tiarum mearum, etiam bonorum & do-  
norum tuorum naturalium ac superna-  
turalium, etiam meritorum, quatenus,  
aliquo modo meorum. atomorum me-  
arum. Hæcque omnia Tibi, & volun-  
tati tuae restituo, ac subijcio. Tua sunt  
enim, & eorum possessio, gloria, boni-  
tas Tua! tantum modo indigentia, in-  
dignitas, ingratitudo illorum, mea.

18. O Domine si Te homines nos  
sent! ô si in te crederent! in te sperarent!  
Te diligenter! Te æstimarent, Te lauda-  
rent! Te possiderent.

19 O Domine si ego possem omnes  
& singulas, creaturas tuas naturales, ad  
Te adducere, tuique notitia, fide, spe,  
timore, dilectione, laude, fruitione, im-  
plere propter Te.

20 O Domine pro omnibus & singu-  
lis creaturis tuis, nunc pro omni tempo-  
re æternitate, novi Te, confiteor Te, cre-  
do in Te, spero in te, amo te, laudo,  
æstimo

æstimo, exalto, revereor te, toto me propter Te.

21 Desidero mi IESU omnem omnis virtutis perfectionisque perfectionem & excellentiam nosse, desiderare, amare, quærere, acquirere, possidere, tenere, augere, servare, in me, imo in Te proper Te, propter gloriam Nominis Tui, propter similitudinem perfectionis Tuæ, propter gustum voluntatis Tuæ.

22 Desidero mi IESU toto me omnia dona gratias, merita, virtutes, perfectionesque omnium Electorum tuorum, P. Parentis Tuæ, Sanctissimæ Humanitatis Tuæ, non propter ullum bonum meum, quatenus meum, sed propter exaltandum magnum & Sanctum, per me, in me, Nomen tuum, propter te.

23 Desidero mi IESU imitari & exprimere quam perfectissimè Paupertatem, Humilitatem, Mansuetudinem, Modestiam, Stultitiam, contemptibilitatem, Villitatem, passionem, crucifixionem, mortem tuam, mea paupertate, humiliactione

tione, subjectione, mansuetudine, patientia, contemptione, vilificatione, annihilatione, stultificatione, cruce, passione, morte. toto me propter Te.

24 Amo Domine IESU toto me, propter Te, omnem creaturam, etiam mihi inimicam & iniuriam, etiam omnes reprobos, quatenus aliquid tui sunt, omnes Electos. P. Parentem tuam, tuam sacratissimam Humanitatem, tuam divinissimam, Divinitatem.

25 Cor mundum Bone IESU, & corpus castum crea in me, ut dignum Te, fiat Tibi habitaculum semper in me propter Te, & da mihi illud curare ardenter toto me.

26 Immergo mihi JESU totum messem pro semper in balneo, & mari sanguinis Tui meritorumque tuorum: iisque me unio, & uniri à Te, in ejusque sepietili postulo toto me.

27 Gratias tibi ago Domine IESU toto me, pro omnibus & singulis beneficiis mihi & omni creaturæ, imprimis

sutem tuzæ Sanctissimæ Humanitati, & ejusdem P. Parenti, omnibus Electis præstitis & præstandis per omnem æternitatem.

28 Odi Domine & odisse volo, toto me, & ex toto corde meo, omnem novam etiam venialem. etiam minimam tanquam maximam, meam, alienam dummodo Tibi dispicitam.

29 Volo mi JESU, & desidero, & propono, Tibi æternaliter in omni perfectione servire propter Te, toto me, semper ardentiùs.

30 Volo mi JESU, vota mea, quæ vovi, servare, eaque ac si nunc facta primum, rata habeo, & denovò innovans, voveo toto me propter te.

31 Complaceo mihi mi IESU in omni eo statu, quem me Tua suavissima voluntas inire fecit, in eoque semper volo amplius, in millies & millies majori proportione fervoris crescere atq; progressi, & crescendo semper perseverare usque in finem. Idque ab omni bonitate

te Tuâ postulo supplex, toto me propter te.

32 Peto Domine fidem, cultum, penetrationem, gustum, amorem, usum, fructum, Sanctissimi Tui Sacrificij & Sacramenti quam maximum, semperq; magis ac magis in me crescentem, voloque ad ejus usum & oblationem, omni atomo mei, & vita, actionum passionumq; mearum disponi toto me, propter Te.

33 Impie mi IESU, imple per me, & in me & per omnem creaturam tuam, omnes voluntates atque intentiones, & voluptates, atque glorificationes tuas, & Patris tui æterni, & Spiritus Sancti, cui Tecum toto me, toto Te, omnis amor, omnis honor, omnis gloria in sæcula sæculorum & ultra.

VII. Petes à Christo Domino Sacramentaliter in te præsente quam poteris maxima plurimaque bona. At tam divite & profuso Domino, non decet nulla aut parva dona postulare, tam tibi quam alijs.

**Q** Dulcissime atq; liberalissime IESU petulo

Stulo à Te veram & finalēm pro peccatiis meis omnibus & singulis contritionem, & satisfactionem. Postulo à te ut si quod in me salutis æternæ, gratiæq; tuæ impedimentum, si quam peccati maculam, si quam peccandi occasionem vides, eam quam primum à me removeas. Postulo à te ut omnes pravos habitus in me extirpes, omnes immoderatos passionum impetus, omnes effrenes concupiscentiæ ardores in me reprimas. Postulo. à te ut corpus & animam, ab omnibus phantasijs, imaginationibus, immunitijs, ab omnibus actibus etiam solùm materialiter malis, ab omnibus actibus immeritorijs, ab omnibus denique imperfectè vel tepidè factis bonis purifiques. Postulo. à Te ut des mihi gratiam ita vivendi semper ut (quantum fragilitas sinit) sim absque culpæ & poenæ obligatione, coram Te, aut saltē primo quoq; tempore diebus singulis sanguine tuo, per gratiam tuam, cooperationem meam, ab eis emunder, absolvaturq; à Te. Postulo

Aulo à Te Dulcissime JESU ut des mihi  
 gratiam abstinendi semper ab omnibus  
 & singulis maximè verò deliberatis pecca-  
 tis. Postulo à Te ut des mihi, operibus  
 meis bonis consequi, & adæquare co-  
 gnitionem & lumen internum, gratiæ  
 que tuæ affectionem & impulsu. Po-  
 stulo à Te ut des mihi semper juxta aut  
 etiam supra habitum virtutis, mensu-  
 ramq; gratiæ abs te mihi communicatæ,  
 opera mea perficere. Postulo à Te des  
 mihi propter Te, & propter Divinum tuum  
 gustum, dona multa & magna, quæ ma-  
 gnis tuis Sanctis contulisti. Postulo à Te,  
 ut des mihi semper exactè, promptè, vi-  
 gilanter, dulciter, perseveranter, guber-  
 nationi ac regimini, inspiratione tuæ  
 mediatae ac immediate in omnibus cor-  
 respondere. Postulo à Te Liberalissime  
 JESU, ut des mihi habere in omnibus  
 actionibus, propositisq; meis rationem  
 naturæ, perfectionis & mortificationis.  
 Postulo à Te ut des mihi gratiam sem-  
 per & semper ferventius tibi serviendi,

magis tibi placendi, perfectius te cognoscendi, sincerius & devotius te exaltandi, profundius autem & cordialius, me infra ipsum nihil centrum abiiciendi. Postulo à Te ut des mihi vitam longam, plenam sanctitate mea, & proximorum fructu ingenti, omnibus etiam laboribus & cibis patrem. Postulo à Te ut des mihi gratiam, inspirationes tuas, proposita autem, & incepta mea bona omnia excequendi, constanterq; ac illuminatè, ardent in eis perseverandi. Postulo à te Misericordissime ac Liberalissime IESU, ut des mihi ad extremum vitae meæ instans usum rationis ( quin & sensuum ) utque te etiam in extremo vite puncto super omnia diligam, super omnia aestimem, super omnia cupiam, tanquam supernaturale bonum, ultimumque finem meum, & ex ijsdem motivis de peccatis meis dolendo, in manus tuas & P. Parentis Angelorumque ac Patronorum Sanctorum, spiritum meum tradam. Postulo à te DEUS meus gratiam discernendi spiritus

spiritus, tam in me ipso quam in alijs.  
**Postulo** à Te ut des mihi cor misericordiæ plenum, quò aliorum bonis sine invidia faveam, infirmitati & miserijs sine suco compatiar, facile omnia excusem, regam, laudem, aut saltēm nec meæ nec alienæ censuræ subijciam. **Postulo** à Te DEUS meus ut des mihi gratiam capendi homines, ad bonumq; à malo, suaviter, prudenter, efficaciterq; deducendi. **Postulo** à Te mi JESU, ut des mihi gratiam Societatis JESU ad conversandum, concionandum, consulendum, confessiones audiendum, scribendum, confutandum: ut item des mihi industrias, praxes, inventionesq; prudentiæ spirituallis animarum periculis occurendi. **Postulo** à Te ut dirigas ad me, vel me, ad tales homines qui maximè egent, & remoti sunt destitutiq; suâ vel alienâ culpâ ab auxilio spirituali, utque mihi des gratiam ejusmodi homines efficaciter etiam cum patientiæ meæ exercitio adjuvandi & ad Creatorem & Redemptorem earum adducendi. **Postulo** à Te ut in me & in alijs per

diabolum objecta, potenter removeas,  
 mihiq; cum omni genere hominum tra-  
 standi gratiam salutarem concedas. Po-  
 stulo á Te mi IESU ut animabus in pur-  
 gatorio positis, quæ vel peculiari da cau-  
 sa juvari á me debent, & vel minimum  
 vel etiam plurimum ad exsolvendum,  
 justitiæ Tuæ habent; vel á nullo vi-  
 ventium in particulari penitus juvantur,  
 quám citissimè miserearis requiemq;  
 æ-  
 ternam tribuas, Postulo á Te mi IESU,  
 ut notitiam, fidem, amoremque Tui in  
 omnium hominum cordibus quám effi-  
 cacissimè, dilemnes, foveas propages,  
 atque conserves, fructumq; tum pretio-  
 sissimæ vitæ passionis ac mortis tuæ: tū sa-  
 crosancti sacrificij atqve Sacramenti Al-  
 taris, omnibus & singulis efficaciter &  
 finaliter, juxta tuum & ad tuum bene-  
 placitum communices. Postulo á Te Di-  
 gnissime IESU, ut voluntatem tuam,  
 gloriam tuam, dignitatem tuam Patris-  
 que tui æterni, necnon Spiritus Sancti per  
 omnes & singulas creaturas tuas perfici;

as; et que superexaltes in saecula saeculorum! Ad extre<sup>mum</sup> Postulo a Te Dignissime IESU, ut des mihi & amicis meis omnibus, ita inimicis quoque & ingratis, & universim iotu humano generi peccatorum veniam, vitae emendationem, virtutum perfectionem, amorem tuum perfectum, finalem in sanctitate perfectionem. Postulo ut des Parentibus fratribus consangvineisque meis gratiam tuam, temporalium sufficientiam, spiritualium abundantiam Postulo ut des tui cognitio<sup>nem</sup> & dilectionem infidelibus, des successum & benedictionem, officijs, curis, necessitatibus difficultatibusque meis. Dirige me in omnibus consilijs, & operibus, da perseverantiam in mandatis & beneplacitis tuis; fac mecum dulcissime IESU semper omnem adorandam voluntatem tuam, & utaris me ad humilianiendum me, ad exaltandum autem Te valde, nimis. Fac me perfectum professorem possestoremque crucis tue, contempsitum tui probrorumque tuorum. Da mi

hi multa & gravia & occulta pro te, pro  
tua gloria & voluntate, pro animarum  
salute, sine cuiusquam peccato perpeti.  
Utere mi IESU famâ, honore, viribus,  
vitâ, corpore, animâ meâ, totoque me  
ad significandam inter homines dignita-  
tem tuam. Vestias & exornes me digna-  
tionibus, insignibusque tuis specialibus,  
Impende mi IESU iis omnibus, qui mi  
hi unquam fuerunt sunt, erunt, quo-  
cunque modo inimici, molesti, ingratii,  
tuam gratiam Sanctificantem nec non  
omnis Beneplaciti tui affluentiam copi-  
osam. Utere mi IESV creaturarum tua-  
rum, quarum scis & vis (nominatim fra-  
trum meorum Beneficiariorumque) cen-  
suris, linguis, calamis, industrijs (ex-  
clusis tantum peccatis) ad humiliandum  
me, exaltandum Te. Impende autem mi  
hi efficacem tuam benedictionem, & so-  
lidam consolationem, per earundem cre-  
aturarum metu & suffragia, meritistu-  
is conjuncta, in omni angustia, neces-  
itate, actioneque raea. Fac mi IESU,

me

me, veritatis tuæ cognitorem, amatorem, profesorem, defensorem. Fac voluntatis tuæ cognitorem, amatorem, profesorem, defensorem. Fac voluntatis tuæ mancipium & sponsum. Fac Dignitatis tuæ zelatorem & devotum. Fac Sapientiam tuæ discipulum, ministrum, socium, Filium, Fac gratiæ providentiaque tuæ nutritium & infantem. Fac me Domini tui servum, dignationum Tuarum subiectum & antesignanum. Fac me Tuæ omnium nostrum P, Patentis, mancipium, filium, hæreditatem, hæredem, ac sponsum. Fac me denique stultum pro Te. Fac me Tibi pauperi, crucifixo, contempto conformem. Fac me secundum cor tuum.

Da mihi Dulcissime IESV ut sim recte & hamus animarum. Dirige ad me animas auxilii spiritualis valde indigas. Da verbis scriptisque meis lucem, pondus & flammatum. Da cordi meo Spiritum & zelum Apostolicum. Da discretionis & prophetiarum non illius mirabilis, sed

ad intima eordium penetrantis, & op-  
 portunè verbum salutis proponentis, ne-  
 cessitatatesque animarum introscientis)  
 donum. Da omnium donorum & fru-  
 ctuum Spiritus Sancti copiam. Da in o-  
 mni occasione atque momento oppor-  
 tunum lumen, amorem, & directionem.  
**Da** lumen in intellectu, efficaciam  
 in affectu, constantiam in incæptis per-  
 severentiam in omni bono actu. Da dul-  
 cissime JESU clavem scientiæ, apertum-  
 que sensum ad intelligendas scripturas &  
 veritates, da mentem & linguam e-  
 ruditam in lege tua, da oculum & ser-  
 monem tuum ad intima cordium. Noli  
 me mi JESU facere mirabilem in ocu-  
 lis humanis ac præsertim in meis, fac  
 me fidelem ac prudentem servum tuum,  
 gloriam tuam tibi integrè reddentem.  
 Non sinas adverba mea quæ patior sciri,  
 aut æstimari, dolerivè ab alijs. Non sinas  
 labores, difficultates, necessitates, dolo-  
 res meos, agnosci, apprehendi, curari  
**Fac** mihi imputari alienas culpas, fac

mea

mea sciri & exaggerari errata, fac me illorum  
 gvarum martyrem, reprehensionum locum,  
 contemptum subjectum, irrisiorum  
 materiam. Non utaris malignanter  
 mea lingua, judicio, censurâ, calamo,  
 ad probandam, purgandam, limandam  
 que virtutem alienam. Aufer mihi pons  
 dus in sensualite, curiositate, & naturâ.  
 Excæca oculum meum, quo intueri, &  
 quærere soleo me ipsum, sed illum ad tuum  
 solius intentionem intuitumque convertedi.  
 Denique dulcissime IESU fac me sanctissimæ  
 humanitati tue conformem, Di-  
 vinitati unitum, voluntati subjectum, dia-  
 gnitati devotum, bonitati immersum,  
 amore ebrium, sapientia absorptum, totum  
 metotaliter in Te transformatum, mis-  
 hi ipsi, amorigue planè, mortuum atque  
 sepultum, ac oblivioni traditum. Tibi ves-  
 tro soli & Te solo, in vita & morte via  
 ventem atque spirantem, sicut Tu potes  
 sis, & vis, quia hæc est voluntas voluntatis  
 tue. Tibi cum Patre & Spiritu Sancto  
 uni soli DEO honor & gloria in se-  
 cula.

**IX.** Institues meditationem aut leges eccl<sup>e</sup>  
jus primum ex hebdomadis liturgica die,  
qua inciderit, si licebit, Ages gratias San-  
ctis Patronis Sacrificij atque Sacramenti  
Recitabis Pater noster & Ave MARIA  
pro libitu decies minimum ad eliberandas  
animas è Purgatorio propter Indulgenci-  
am &c.

**X.** Examen institues super decursum to-  
rum Sacri, incipiendo à præparatione usque  
ad finem gratiarum actionis: an observa-  
tiones omnes expleveris. Quo peracto dices

**C**onfiteor, dulcissime IESV & con-  
fundor, simulque deprecor, quod  
Te DEV<sup>M</sup>, Dominum, Patrem Spon-  
sum, Regem tantæ Majestatis, tam ab-  
iectè tam frigidè amaverim & desidera-  
verim, tam ejuncè, rusticeque tractave-  
rim & gratias egerim. Postulo à Te mihi  
ericordiarum Patre veniam, propono in  
posterum emendationem; peto deinceps  
gratiam & benedictionem, & interim su-  
scipe à me hanc qualēqualem so-  
licitudinem, & pro omnibus bonis tui

In*s*

in præsenti Saero & communione mili  
 communicatis gratiarum actionem. Cui  
 ego Domine (sicut neque ulli alteri meæ)  
 actioni atque passioni, conatui aut indu-  
 striæ, quatenus quidem meæ nullatenus  
 confido, sed eam omnino nihil esse, qua-  
 tenus est ex me, qatenus autem aliquid  
 est, ex Te DEO meo omnis boni fonte,  
 esse confiteor. Ideoque Tibi tamquām  
 totali omnis bonæ dispositionis, omnis  
 bonæ operationis, omnisque causæ boni &  
 principio, omnia resigno, omnia attribuo,  
 per omnia confido, tibique soli omnem  
 gloriam refundo. Tu Domine fac me:  
 cum, & de me, omnem voluntatem tu-  
 am, miserere mei sicut potes, scis, & vis,  
 secundum magnam misericordiam tuam  
 & propter omnimodam gloriam tuam.  
 Tua enim est Domine omnis laus, ho-  
 nor, gloria; mea verò est omnis culpa,  
 & poena, & confusio in omnia sacula  
 sæculorum.

XI. Aëtus Christo & P. Parenti in  
mercedem inter sacrificandum post cum;

munionem promissos, de more persolves.  
Expiationem defectuum, negligentiarum, omissionum & tepiditatum, solitam facies.  
Facies meditationem per sequentes affectus.

Ergone Sacrificatum est? &c. Vide fo.  
lio 69. Sacrum pro me ipso.

**O** Beatissima Trinitas DEVS meus dignissime, ecce oblatus venio in-  
cruentum Sacrificium veri DEI Homi-  
nis, verè, realiter, substantialiterque præ-  
sentis. Quod ut est Adoratorium offero  
in exhibitionem supremi cultus Latriæ &  
adorationis tibi debitæ à me creatura tua,  
nec non in recognitionem tui superab-  
solutissimi in omnia creata dominii, me-  
æq; naturalis ac mihi essentialissimæ sub-  
jectionis. Cupio mi IESV, eo sub-  
jectionis modo tibi me subiçere, quo  
tu tibi creaturam subiçi vis, aut subiçere  
potes: proinde nullis Divinæ tuæ voiun-  
tatis de me decretis obstantibus, decer-  
ne de me nunc quidquid tibi placet in  
tempore ac æternitate, quod hoc San-  
ctissimo Sacrificio testari volo, teque DE-

[ 131 ]

VM meum intua Deitate adoro supplex.  
Exhibeo præterea profundissimam ve-  
nerationem & reverentiam Incarnato  
Verbo, & Sacramentali Sacrificialique  
Christi præsentia ac dignationi, deside-  
rans ex tota affectu intensione supple-  
re simul negligentias omnes eorum, qui  
se totos explicitè cultui latrico, abyssali-  
que venerationi DEI in carne & Domini  
IESU Christi in Sacramento Eucha-  
ristiae non impenderunt. Ecce ego nunc  
ex zelo honoris Hominis DEI, offero  
totius universitatis prædestinatorum, glo-  
rificatorum, & glorificandorum, omnem  
actuum latranticorum collectionem, quâ  
suppleo meos & alienos hac in parte de-  
fectus atque insufficientias. Ut est.

Gratiarum actorum, offero in plenis  
simam gratiarum actionem pro omni-  
bus prorsus beneficijs toti creaturarum  
populo, tam in ordine naturali quam su-  
pernaturali, per generalem vel specialem  
individualèmque concursum DEI, per  
influxum Sanctissimæ Christi humanitatis

EZ

sis

tis præstitis, perque totam æternitatem  
præstandis ac præstabilibus cuius tam  
amplæ gratiarum &ctionis debitorem me  
fiducialiter constituo, fidens immensæ  
Domini IESU cordis capacitatii, quem  
in hoc Sacrificio offeram. Specialiter au-  
tem in cor ejusdem Domini IESU hæc  
quæ recenseo beneficia, depono, ut ibi  
tanquam in suo fonte atque centro ma-  
neant: ego enim minor sum omni mi-  
nimo beneficio DEI, nec idoneus ad aliquid  
quidquam, nisi ad destructionem bene-  
ficij cuiusque Divini. Igitur in hoc Sa-  
crificio gratias tibi ago pro beneficio  
creationis, redēptionis, & pro ijs o-  
mnibus, quæ hisce sunt connexa ac mihi  
a te collata. In particulari autem tibi  
gratias ago per hoc Sacrificium ex toto  
corde meo, totaque latitudine virium  
mearum, pro eximia misericordia tua,  
qua me in miseriis & peccatis saceruli de-  
mersum eripuisti, & collocasti in hac  
Sancta Societate tanquam in Paradiso de-  
liciarum sanctorum. Gratias ago pro o;  
mibus

omnibus votis, quibus me tibi adstrinxisti, ut in tuam transirem hæreditatem, totusque tuus essem & non meus, quæ me fecisse non solum non pænitet, sed etiam, si ea ante non fecisset, nunc summo quo possum ex tua gratia, dilectionis tuae supremæ ac super omnia affectu facio, vovendoque tibi DEO meo irreversibiliter & ex plenissima deliberatione, assensu firmissimo ex puro amore tui tuæque assumptæ humanitatis, nec non illius P. Parentis paupertatem, castitatem, obedientiam tam communem Religiosis Prælatis, quam specialem Summo Pontifici: nec non omne aliud votum à me tibi factum, in, & pro Societate IE: SU. Gratias ago tibi pro dignitate Sacerdotij, quæ me de pulvere erexit, itemque pro uero ejusdem Sacerdotij in administratione Sacramentorum pœnitentiæ præsertim & Eucharistie: pro omnibus igitur absolutionibus Sacramentalibus à me datis & acceptis: item pro omnibus Sacrificijs & communionibus atque Sacrificiis oblatis pro me

à me, tibi gratias ago. O dignatio su-  
 per despicabilem catellum, qui toties pa-  
 ne filiorum tuorum pastus est atque sa-  
 ginatus. Gratias ago pro hac vicissitudi-  
 ne consolationum atque desolationum,  
 prosperitatum & adversitatum, elevatio-  
 num ac depressionum, quâ vitam meam  
 mirabiliter texuisti, & adhuc texis, & de-  
 nique texturus es. Gratias ago pro serie  
 omnium mediorum prædestinationis meæ,  
 & gratiarum omnium actualium tam in  
 intellectu quam in voluntate cæterisq[ue]  
 facultatibus receptarum: ago gratias pro  
 omnibus singulis illuminationibus, pro  
 omnibus Mysteriorum fidei vivacioribus  
 apprehensionibus, convictionibus intel-  
 lectualibus, voluntatis ad bonum permo-  
 tionibus, piis desiderijs. &c.

Insuper pro omnibus beneficijs, quæ  
 ex momento conceptionis meæ usque in  
 hanc horam de tua benignitate suscep-  
 i, & quæ pro hec momento temporis à te  
 suscipio: pro ijs denique quæ usque in fi-  
 nem vitæ meæ, & per totam æternita-  
tem

tem sum accepturus ex thesauris inexhaustæ tuæ liberalitatis. Ut.

Satisfactorium est, applico mihi satisfactionem huic Sacrificio correspondentem, si capax sum: si minus applico illi, qui me in hac vita in Christo diligit quam maximè, vel cui ego debeo plurimum in Domino &c. Ut est,

Imperatorium, offero pro impetranda remissione omnium peccatorum, pro remotione impedimentorum salutis æternæ atque peccandi occasionibus, tam remotis quam proximis, internis & exteris: denique pro impetranda gratia ita vivendi in posterum ab hoc momento, ut possim esse absque omni prorsus culpa, & absq; obligatione penæ ullius temporalis in hac vita, vel altera exsolventiae. Pro impetranda puritate corporis & animæ tanta, ut ab omnibus actibus etiam tantum materialiter malis, immensioribus, tepidè factis, purificatum me purissimus ille DEI contueatur oculos. Pro gratia ad universas virtutes ass: quendas, ea: rūmque

rūmque usum & exercitium continuum.  
Pro promptitudine correspondendi Divi-  
nis inspirationibus in quacunque mate-  
ria, licet diffici & sensualitatē repu-  
gnante, prōque dono singulari discer-  
nendorum spirituum in me & alijs. Pro  
imperrandis congruis auxilijs, Spiritus:  
que donis ad Sacramentum pœnitentiæ  
prudenter, patienter, assiduè, fructuosè  
humiliter ministrandum, & ad Eucharis-  
tia Sacramentum missæque Saerifictum  
obeuudum. Pro habendis, cognoscendis,  
arripiendis investigandis occasionibus me-  
rendi de animarum salute, utque ad me  
dirigantur animæ quam maximè egen-  
tes, & auxilio spirituali destitutæ, utque  
ego eas ex dono DEI possim efficaciter  
juvare. Pro impreando dono concio-  
nandi hujusmodi, ut ab omnibus bene  
intelligi, libenter audiri, cōrdaque homi-  
num ad obtemperandum inspiranti DEO  
efficaciter permovere possim. Pro gratia  
habendi integri usūs rationis & sensuum  
in hora mortis, ut in illo vitæ extremo  
puncto

puncto super omnia diligam Creatorem  
meum, super omnia aestimem, super o-  
mnia cupiam, & ex ijsdem motivis do-  
lendo intensissime de peccatis, in manus  
IESU spiritum meum tradam. Denique  
offerò in impetrationem eorum omni-  
um, quæ Divina bonitas mihi concedere  
disposuit, & ordinavit, ita ut illa vult,  
quia vult quando vult, quantum vult, &  
cum quibus circumstantijs conditionibus,  
gradibusq; vult. Fiat, fiat, fiat.

### PRAXIS CONTRACTA

*Applicandi Sacrificium Ecclesie. ejusque  
effectus omnes quidem, ac præcipue im-  
petrationis sive suffragij, & propitia-  
tionis sive satisfactionis.*

1. Domine DEUS meus, Sanctissima  
Trinitas, Pater, Fili, Spiritus Sancte,  
coram tua Divina Majestate, doleo pro  
peccatis meis omnibus & singulis: & do-  
leo quia tu vis, & dignus es, ut doleam,  
& quia displicant repugnantque Bonita-  
ti tuae quam amare super omnia aestima-  
re que debui, & nunc aestimo aeti-  
mareq;

❀❀(138)❀❀

marèq; semper deinceps volo. Sicut eti-  
am volo deinceps pro ijsdem peccatis  
meis satisfacere juxta mentem & gratia-  
am tuam, ab ijsque semper diligenter ca-  
vere. Quem contritionis ætum offero  
Majestati tuz ad beneplacitum tuum, ad  
fructum animæ meæ, ad disponendum  
me dignè immolando sacrificio & sumen-  
do sacramento tuo Sanctissimo, ad quod  
accedere propono.

2. Domine DEUS volo & statuo ti-  
bi offerre omnia sacrificia, quæ vis & scis  
à me tibi offerenda (vellem etiam obla-  
ra hactenus si fieri posset) quantum est  
ex me etiam ab alijs tibi unquam & us-  
piam oblata & offerenda, nominatim ve-  
rò istud hodiernum sacrificium, ad quod  
accoedo tibi offerendum: volo inquam  
& statuo tibi offere, defactoque offero,  
omni ea ratione, modò gradu, intellectu:  
one, applicatione, sublimitate, intenti:  
one ejusque omni intensione, extensi:  
one, excellentia, motivo, puritate ac di:  
spositione, quæ tu scis, vis, das, hic &

nunc

nunc juxta gustum voluntatis tuae mihi,  
posse a me tibi offerri atque applicari.

3. Offero tibi Domine DEUS meus  
tam hoc quam omne aliud Sanctissimum  
Sacrificium, quod nomini tuo in Ecclesie  
sia tua Sancta ritè offertur & offeretur un:  
quam a me & ab alijs. & ego nunc of:  
fero ad omnimodam laudem tuam, ad  
gloriam Christi, ad memoriam, cultum  
& invocationem Sanctorum, nomina:  
tim ac specialiter ad invocationem Pre:  
tiosissimæ Parentis MARIAE, Sanctorum  
hodiernorum omnium, Sancti N. San:  
ctorum Patronorum omnium. qui gratiâ  
devotionis ac reverentiae erga Sanctissi:  
mum Sacrificium Sacramentumque ex:  
celluerunt, Sanctorum Sacerdotum omni:  
um. Ad auxilium Ecclesiæ Tuae, ad illius  
defensionem, instructionem, profectum,  
ad multiplicationē & augmentū in ea bo:  
norū ac justorum, ad aversionē calamitatum  
publicarum, diminutionemque peccato:  
rum & peccantium, ad sublevationē nece:  
ssitatum nostrarum, nominatim mearū spi:  
ritualium, corporalium, officialium, omni

bus in genere & in specie, benedic Domine juxta cuiusque indigentiam. Memento Dulcissime DEVS tam vivorum quam mortuorum fidelium, eorum praesertim pro quibus orare soleo, debedo, intendo, qui pro me orant, quibus specialiter obstrictus sum, quales sunt, amici, Benefactores mei omnes, mihi quoque sive malitia, sive errore infensi, inimici, emuli, adversarii, & pro quibus tu a me orari vis. Memento omnium istorum mi DEVS, & Sacrificij hujus valorem omnibus juxta gustum voluntatis tue, & debitum voluntatis meae dispensa. Datib⁹ gloriā, & honorem, gratiarum actionem, Sanctis tuis laudem & exaltationem, Ecclesiæ vivorum per omnes gradus & status gratiam: & auxilium: animabus purgatorij solatium & refre- rium: mihi omne [cuius ex hoc sacri- ficio absque ullius damno & impedimen- to capax sum, & quovis modo derivari super me potest] meritum, gratiae actu- alis efficacis & congruae copiam, & in sancti,

sanctitate finalem perseverantiam iuxta proportionem operis operati, operis operantis, juxta imperatoriæ & satisfactoriæ efficacitatis latitudinem, juxta dispositionis meæ tam habitualis quam actualis, quam ex gratia tua mihi largiri tu dignaris, capacitatem. Tibi gloria & gratarum actio, & plenissima æternaque subjectio in sæcula.

In quem finem advoco tuam DEVS meus in substantia unitatem, in Personis Trinitatem, advoco omnitudinem, dignitatem, sapientiam, amorisitatem, iustitiam, charitatem, misericordiam, prvidentiam atque voluntatem. Advoco IESVM Christum tuum & Virginis Filium cum omnibus ejus substantijs, persona, gratijs, meritis, donis, passionibus virtutibus, & apud te DEVVM prærogativis sive iustitiae, sive misericordiae, sive gratiae, sive liberalitatis. In specie vero advoco illum, quatenus est sacrificium nostrum pro nobis, in honorem tuum Domine DEVS noster. Advoco precl<sup>o</sup>ssissimam

o~~ff~~issimam Parentem V. MARIAM cum  
tota ejus, quam apud te habet, præroga-  
tivarum mensura. Advoco Angelos San-  
ctosque omnes tuos, eorumque gratias,  
merita virtutes & glorias ac intercessio-  
nes apud te. Nominatim advoco & in-  
terpono IESVM Christum quatenus est  
Sacerdos, altare & hostia vera & te di-  
gna. Advoco B. M. V. Sacerdotum o-  
mnium Reginam. Advoco omnes San-  
ctos Sacerdotes. Advoco omnes San-  
ctos Sacrificio Sanctissimo specialius in-  
signiusque devotos & addictos. Advoco  
omnes Sanctos templi hujus quacunque  
ratione Patronos, omnes Angelos alta-  
rium, & præcipue hujus in quo immo-  
laturus sum præsides, omnes sanctos,  
quos Ecclesia in Missæ sacrificio ordina-  
riè ac nominatim invocat. Advoco San-  
ctum, cuius hodie diem Festum Eccle-  
sia recolit. Advoco Sanctos diei hodie-  
nat omnes. Advoco Sanctos quoscunque  
& quacunq; ratione meos Patronos, sive ex  
nominis, sive ex Religionis, sive ex patriæ,

sive

ex Ecclesiæ hujus devotione , sive ex re  
liquiarum apud me aſervatione , sive ex  
speciali mea erga filios , illorumve erga  
me affectione . Advoco Sanctos , quorum  
Reliquiae in hoc altari sunt reconditæ .  
Hos omnes & alios quoslibet , quos tu  
Divinæ Majestati ac bene placito mihi  
auxiliares esse placet , invito , ijsque me  
recommendō , ac ut mihi tam in hujus  
præsentis , quām in cuiuslibet alterius  
Sanctissimi sacrificij oblatione adesse , me-  
que adjuvare dignentur , tota devotione  
mentis , tota prostratione cordis , tota fidei  
ac spei amorisque latitudine invoco .

Protestor autem Domine DEUS me-  
us , me in hac & omni alia ad hoc &  
ad quodvis aliud deinceps sacrificium fan-  
ctissimum dispositione , nihil aliud , ni-  
hil omnino , nè meritum quidem meum  
aut gratiæ augmentum , nisi in quantum  
tibi DEO Domino placitum est , nihil in  
quam meum privatum , ac quatenus me  
um prætendere , sperare ac desiderare , sed  
solam tuam voluntatem , solum tuum

benepacitum, solam gloriam, solam dignitatis tuæ exaltationem, inquantum hoc voluntas Tua vult & desiderat, atque approbat.

Protestor deinde, me hac omni, qualisqualis est [ ex gratia autem tua tota est) dispositione atque dispositionis contentione, intendere velle, & sperare, & rogare, ut per eam disponar quam dignissimè non tantùm ad sacrificium, ut sacrificium est, sed etiam ad omnem aliam in sacrificio contentam actionem, nominatim vero & præcipue, ad consecrationem & denique ad sumptionem sive manducationem corporis & sanguinis Domini nostri JESU Christi, in ea mensura, efficacia, proportione, intensione, extensione, in eoque gradu, in quo tu DEUS dignus es, in quo tu vis, in quo tu das. Tibi in Trinitate & Unitate æternâ gloria super omnia, Amen.

### *ANNOTATIO:*

Omnis supra posita observationes tantum sunt posita temporibus & spatijs,  
quæ

quasi vacuis inter actiones Missæ, quare per has, non excluduntur aliae, quas quis habere volet in ipsis actionibus divinissimæ hujus occupationis. His observationibus ut commode quis assescat, eas non simul omnes assumat, sed nunc his, nunc insverscat illis, donec omnes suas faciat absque perturbatione & moresa prolongatione missæ, ne simus oneri audientibus. Deinde, quæ recitamus vel agimus in sacro, ea non cursim proferamus, sed cum intellectu perceptione & affectuum in singulis latentium induitione, in omnibus sunt magna & mira mysteria, ducimenta, mira & magna DEI laudes, multiplicia orandi DEUM & honorandi genera, varia humilitates gratiarum actiones, Christi

Domini P. Parentis, & Sanctorum meritorum precum,  
que interpositiones



## PRECATIONES

*Aliæ*

Ante & post Missam  
 Authore P. Hieronymo Eytmin  
 Societatis JESU.

*Actus Contritionis.*

**O** Domine IESU CHRISTE! super effluens fons misericordiæ: En vi- lissimus peccator iterum revertor ad pœnitentia sacramentum cum gemili tu in amaritudine cordis mei; & accu so me, locò emendationis, in pristina peccata & vitia relapsum. Parce Do mine, parce peccatori.

**O** Misericordissime IESU! respice me, sicut pœnitentem Magdalenam & flen tem Petrum respexisti; parce mihi, parce quia pepercisti publicano pœnitenti & Latroni in Cruce confitenti. Parce ergo & exaudi miserum peccatorem, Sanctum Nomen

Nomen tuum & misericordiam implorantem.

Doleo Domine cordialiter de peccatis meis, dolore & mærore omnium, & quod mihi de vero dolore ac contritione deficit, Tu vellis Sanctissimo Tuo dolore supplere pro me, DEOq; Patri, omnem dolorem, quem super meis, totiusq; mundi peccatis habuisti, offerre.

*Confessionale ingressus.*

**E**cce Domine perditissimus peccator & miserrimus homo, accedo ad superfuentem salutis fontem, abyssum clementiae & misericordiae, ut preciosissimo Sangvine laver, Sanctissimis Tuis lachrymis, ab omni scelerum fæditate emundet,

*Ante Pænitentiam.*

**O** Domine IESU Christe Fili DEI VI. vi! suscipe hoc obsequij mel ministerium, in amore illo superdignissimo, ac indulgentia quam Beatam Magdalenam & Petrum omnesq; ad te configuentes peccatores absolvisti. Gracias quam possum maximas ago misericordiae tue, pro

exuberantissima bonitate tua, qua clementer peccata mihi multoties indulsist, meque millies perditum ac damnatum, in sinum benignissimæ gratiæ recepisti. & in numero Filiorum DEI collocasti. Respice igitur Amantissime Pater, super me obligatissimum debitorem, tuis sanctissimis advolutum pedibus. humiliter iterum supplico, per merita vitæ, Passionis ac mortis Tuæ; libera me à præteritis, & præserva à futuris peccatis, & concede in satisfactionem, assignatam con dignè peragere pænitentiam.

*Post Pænitentiam.*

**O** Benignissime IESU! suscipe hanc satisfactionem pro peccatis meis, quæ quidem nullatenus conferri potest cum multitudine & magnitudine iniquitatis meæ, quâ Te Dominum & DEUM meum gravissimè offendì. Unde nunc omnia simul mala mea, omnem ingratitudinem, sensualitatem, inobedientiam, iracundiam, levitatem immortificationem, & cupiditatem & alia totius vitæ peccata in

in flagrantissimum cordis tui ignem; in immensum amoris tui ac Divinæ Misericordiæ incendium projcio, ut in illo igne conflagrent: & accipio mihi ex abundantiissimo thesaurorum **Gazophylacio**, Sacratissimum meritorum tuorum pretium, in supplementum condignæ satisfactionis meæ. Meq; ô Clementissime IESV! tam efficaciter in Cælis absolvere velis, sicut minister tuus in terris, tuâ me auctoritate absolvit Amen.

### I N T E N T I O.

**O**ffero Tibi Sanctissima TRINITAS, hoc incruentum Sacrificium, ad gloriam reddendam, prout eam Christus restauravit, ad gustum Sanctissimarum perfectionum misericordiæ, Justitiae, bonitatis Tuæ. Ad Passionis Sanctæ memoriam; Ad gratiarum actionem pro beneficijs mundo; Ecclesiæ, Patriæ, Ordini; per Creationem, Redemptionem, Conservationem factis, Ad satisfactionem justitiae Divinæ. Ad unionem cum DEO perpetuam,

## Benedictionis à SSma Trinitate Petitione.

**O** Sanctissima TRINITAS posside, augè cor meum gratiâ tua, ut plè religiosè sancte ac decenter hoc Missæ Sacrificium faciam, ad cultum Preciosissimæ Matri, Sanctorum honorem, & animæ meæ salutem.

Ad hoc divinum Opus devotissime ferventissime atq; Sanctissimè peragendum benedicat mihi indignissimo, vilissimo cultori, Imperialis Majestas; protegat me ab omni defectu regalis Divinitas; custodiat me sempiterna Deitas; defendat me immensa Trinitas; foveat me gloriosa Unitas; dirigat me ineffabilis Bonitas. Regat me potentia Patris, vivificeret me potentia Filij, illuminet me virtus Spiritus Sancti, ascendat me flagrantissimo amore Divina Charitas, donet me clementissima misericordia, gratiâ efficaci & finali, nunc & in æternum, Amen.

**O** JESU millies! & plusquam millies desideratissime, ecce jam appropinquat hora, hora inquam felicissima ad peragendum.

gendum Sanctissimum Sacrificium. O  
 Sapientia æterna! dispone me eâ dispo-  
 sitione, quâ Tu Te ipsum ad cruentum  
 in Cruce Sacrificium dispôsuisti. O A-  
 mor Divine! accende me eo amore quo  
 salutem nostram procurando flagrasti:  
 ut Cor meum sit vivum holocaustum  
 amori Tuo, & honori consecratum: ut  
 vita tota mea, incessanter hac flammâ ar-  
 deat, quâ ardent Seraphin, quâ ardent  
 Beati, quâ ardet totum Cælum, quâ ar-  
 det Sanctissima Mater, quâ ardes Tu, ut  
 omnibus hoc Sanctissimo Sacrificio &  
 prodeesse & ad Tui amorem eos suceende-  
 re possim. Tu vero o Sanctissima Virgo  
 MATER Misericordiæ. concede mihi,  
 pretiosissimum Sanctissimarum virtutum  
 ac meritorum ornatum, ad Filium tuum  
 IESUM Christum, Dominum meum, in-  
 vilissimum animæ meæ thalamum reci-  
 piendum.

Et Vos Cælestes Spiritus: Angeli, Ar-  
 changeli cum Thronis & dominationi-  
 bus afferte vestram puritatem: Aposto-

lorum charitatem, Martyrum merita;  
 Confessorum sanctitatem, Virginum munditatem, ac castitatem; ad augendam in anima mea omnem ornamentorum ac pulchritudinum culturam.

*Oratio ad Sanctissimam TRINITATEM*

*Pro impetranda gratia unionis, ante & post Sacrificium.*

**S**Apientia DEI mei gubernat me. Potentia DEI mei sustentat me. Bonitas DEI mei salva me. Amor DEI mei inflamma me. Voluntas DEI mei dispone me. Sanctitas DEI mei sanctifica me. Charitas DEI mei solare me. Majestas DEI mei regna in me. Immensitas DEI mei reple me. Lux DEI mei illuminat me. Misericordia DEI mei complectere me. Pulchritudo DEI mei exorna me, Dulcedo DEI mei penetra me, Magnitudo DEI mei è terra attolle me, Pax DEI mei pacifica me. Justitia DEI dirige me, Sanctissima TRINITAS benedic me; & Sanctum Opus meum nunc & in æternum,

Vene;

Veneror Omnipotentiam DEI per Salificium Sacratissimi Sacrificij, venerator Sapientiam DEI per Sacrificium mearum virium, veneror Majestatem DEI per Sacrificium meæ gloriae, veneror Bonitatem DEI per Sacrificium desideriorum meorum, veneror Incomprehensibilitatem DEI, per sacrificium mearum cogitationum.

Evacuo memoriam meam imaginationibus meis, & tu Deus reple eam es sentiam tuam. Evacuo cor meum phantasmatibus & affectionibus meis, & Tu Deus reple bonis tuis. Evacuo mentem conceptibus, & cogitationibus mundanis, & Tu Deus reple lumine Sapientiae Tuæ in hoc Sacratissimo Sacrificio.

*Gratiarum actio post Sacrum &  
communionem.*

**E**cce Pater Cœlestis, transmissa est ad Te salutis Sacratissima Hostia, quam Tu de Cœlis misisti in terram. Dispone nunc benignus, quo mihi miserearis, quoniam quidquid sanctius, quidquid pretius

(156)

̄siūs, in terra inveni, Tibi Augustissimō  
Patri devotē obtuli, & quidquid charius  
inter charos reperi, Tibi in Sacra Ara sup-  
pliciter præsentavi. Mis̄i dilectum glori-  
osum Sanctum Filium Tuum inter Te  
& me Mediatorem, quare si me ut indi-  
gnum pro mea despicias iniquitate: respi-  
ce me latet misericors & miserator pro-  
dilecti Filii Tui charitate. Omnis namq;  
spes, & fiduciæ certitudo mihi est in pre-  
tolo sanguine ejus, qui effusus est pro  
me, & propter nostram salutem. Ad h̄  
psum anhelo, in ipso respiro, & in ipso  
confisus, ad Te pervenire desidero, non  
habens meam justitiam, sed eam quæ est  
ex dilectissimo Filio Tuo Domino no-  
stro JESU Christo & nostro Mediatore.  
Amen.

### O R A T I O.

*Ad Christum Crucifixum.*

**O**JESU Redemptor mi! qui pro me  
crudelissimè fuisti Crucifixus, & o-  
mnem Sanguinem tuum pretiosissimum,  
cum lateris aqua, largissime profundisti,  
ut me

me jam incarceratum, & catenis vincatum;  
 de potestate Dæmonis eriperes, cui æ-  
 ternum mancipatus eram. Gratias Tibi  
 quam maximas possum ago, pro incom-  
 parabili hoc amore, quo me dilexisti;  
 pro atrocissimis tormentis, quæ pro me  
 sustinuisti. Gratias Tibi quam possum  
 maximas ago, quia hodiè in me vivum  
 monumentum elegisti, & sub sacratissi-  
 mis speciebus, panis & vini in corde  
 meo quiescere voluisti: Adoro, saluto,  
 laudo, magnifico, exalto, divinissimum  
 Corpus tot plagiis sauciatum, exosculor  
 cum reverentia sacros Pedes tuos, & sa-  
 cras Manus tuas, pro me clavis perfora-  
 tas. Adoro Sanctissimum cornuum, quod  
 mei amore lancea fuit perforatum, &  
 promitto potius mori, quam deinceps  
 unquam Te inta cor meum crucifigere.

*Ad Spiritum IESU.*

Spiritus IESU, vivat in me per grati-  
 am, moretur per charitatem, regnet  
 per amorem, quiescat per pacem. Nolo  
 & nullies nolo ac protestor coram tota

※※ (158) ※※

Curia Cælesti & pretiosissima Matre, ut  
affligatur per peccatum veniale, extin-  
guatur per mortale, amittatur per amo-  
rem mundi, depellatur per amorem carnis.

*Ad SPIRITUM S.*

**V**eni Sancte SPIRITUS, Pater pau-  
perum, Consolator afflictorum, veni  
& descende super me, veni & consolare  
me veni & illustra me, veni & dirige  
me Sapientiâ Tuâ, quomodo in corde  
meo traham Dominum meum, soler gra-  
tissimum hospitem meum, amem ince-  
cessanter amorem meum. Anima me er-  
go gratiâ tuâ Divinisime Spiritus, san-  
ctifica amore tuo, amorem meum. Con-  
firma fortitudine tua infirmitatem meam.  
Penetra unctione Tuâ disjunctionem cum  
DEO meam. Adopta charitate tua no-  
va mihi charismata. Pacifica inquietudi-  
nem meam præsentîâ Tuâ, salva me æ-  
ternum divinâ misericordiâ Tuâ.

*Oratio Sancti Patris IGNATII.*

**D**ivinitas IESU inhabita me, Persona  
IESU indivina me, Animâ IESU san-  
ctifica

Scifica me, Sanguis IESU lava me, Pas-  
 sio IESU conforta me, Vulnera IESU  
 sanate me, Cor IESU recipe me, Spiril-  
 tus IESU anima me, Pulchritudo IESU  
 attrahe me, Humilitas IESU deprime  
 me, mansuetudo IESU mitiga me, Pax  
 IESU pacifica me, Amor IESU inflam-  
 ma me, Regnum IESU veni in me, Gra-  
 tia IESU reple me, misericordia IESV  
 salva me, Sanctitas IESV consecra me,  
 Puritas IESV emundat me, Crux IESV  
 sustenta me, Clavi IESV configite me,  
 Spinæ IEsu coronate me, Fel IEsu inebria  
 me, Os IESV benedic me, in vita & in  
 morte in tempore & in æternitate, Amen.

*Precationes aliæ ante & post Missam*  
*Authore P. Jacobo Boyman Soc: JESU.*  
*Audi invitantem IEsum: Venite ad me o-*  
*omnes qui laboratis & onerati esis, & Ego*  
*reficiam. Et dic:*

**V**Enio mi IEsu, ad te, voce tua invi-  
 tatus; sed ecce multis vitiorum infir-  
 mitatibus labore; multis sum miteris o-  
 neratus, præsta fidem verbis tuis, & ad te  
 venientem refice.

*Audi*

160

*Audi clamantem: Hodie in Domo tua  
oportet me manere. Et dic:*

**O Dignatio!** Hanc amas, mi IESU,  
ut te oporteat in domo mea manere?  
Quis tu, & quæ Domus mea! Felix dies,  
quo divinum lutea Domus mea excipit  
Hospitem. Veni O Dilecte, Veni, & no-  
li tardare; Veni, non ut transeas, sed ut  
maneas. Veni de cælo in abyssum, mane,  
& de abyssio cælum efficies.

*Audi monentem: Sacrificium Laudis  
honorificabit me. Et dic:*

**Paro Sacrificium,** mi JESU, ! utinam  
laudis! & quæ Laus, in ore peccatoris  
peccator sum; tot reus culparum, quot  
horas vixi: ut dignè offeram, tu Gratia  
tuâ me dignum effice.

*Audi alliclientem: Si quis est parvus  
lus, veniat ad me. Et dic:*

**O MI IESU,** da ut sim, quem me es-  
se jubes, parvulus in oculis meis, humili-  
litare; parvulus in oculis tuis, malitia;  
parvulus innocentia, & sinceritate, ut tuo  
dignus Sacrificio, tuo idoneus consortio,  
tuo conformis exemplo inveniar. *Ave*

*Audi desiderantem: Delicia mea  
esse cum Filiis Hominum et dico.*

*Audi anima mea; Deliciae JESU sunt;  
tēcum esse. Et possunt esse aliae deliciae  
tūae, quam cum IESU esse! potes nē tu,  
aut non desiderare anhelantem ad te IESU.  
SVM tūum, aut aliud desiderare, quam  
IESVM tūum? O JESU, corrige vitia-  
tum cordis mei palatūm, ut nullas extra  
Sacrificium tūum, delicias dejncepto con-  
cupiscat.*

*Audi Vocem Clamantis: Ecce Ag-  
nus Dei, ecce qui tollit peccata  
Mundi: Et dico,*

*Epulabimur hodie, O Anima mea!  
Ecce, Agnus, Matre Virgine natus, Vir-  
gine lacte nutritus, ab Origine Mundi  
occisus, in Ara Crucis assatus, offertur  
hodie in cibum tibi. Quid moraris? In-  
vitant Angeli, accurrunt Justi, saturantur  
famelici. Peccata si terrent? Ecce qui tol-  
lit peccata Mundi: Detestare, tū modō,  
ac deprecare, & securè ad Saeramentum  
Agni accede,*

*Audi*

(162)

*Audi Clamorem Parabolicum: Ecce  
ce Sponsus Venit exite obviam:  
et. Et dic.*

Evlgila è somno Anima mea Christo  
desponsata, excute torporem Sponso in-  
visum: exi obviam, Fide ducente, Spe  
impellente, animante Charitate: Venit,  
ut te mundet Sanguine suo, ut te illu-  
minet præsentia sua, ut te diter meritis  
suis, ut te inflammet Charitate sua: felix  
si clamorem audieris, si obviam exiveris,  
si Sponsum exceperis.

*Audi Vocem Prophetæ Zacki s.*

*Ecce Rex tuus venit tibi. Et dic,*

Anima mea egredere in occursum Re-  
gis tui: Egressare de terra tua, terrenis,  
scilicet desideriis; de cognatione tua, con-  
cupiscentiis tuis; de domo Patris tui,  
extra fines Carnis, & Sanguinis: Ecce  
Rex tuus venit tibi! Rex Cæli, tibi  
terre Vermiculo, Rex Gloriæ tibi viliis.  
simo: venit, tui captus amore, quæ ali-  
os, despecto illo, amatores. secuta es:  
Venit in cibum tuum paratus, tametsi  
alios

allos tu Cibos, illo fastidito, concupiscentia;  
 venit te Gratij suis repleturus, quas  
 tu toties turpiter prodegisti: Venit indi-  
 gno tibi, sola suâ inclinatus dignatione;  
 venit ingrato tibi, sola suâ beneficentia  
 motus; venit inutili tibi sola suâ motus  
 bonitate. Venit infirmo, Rex Virtutum,  
 & mansuetus venit; ne percellat Majes-  
 tas. O Anima mea, subdere Regi tuo;  
 excute dominatum omnem alienum; non  
 regnet in te Princeps Mundi; non in  
 mortali corpore tuo peccatum: Tu O  
 IESV, esto Rex cordis mei, illudque ita  
 rege legibus amoris, ut nihil sciat, nisi  
 amare te super omnia, & propter te so-  
 lum, omnia:

*Post Sacrificium.* Heu me! quid sum  
 ausus? tantam Majestatem in Cordis mei  
 stabulum, imo prostibulum intromit ere?  
 Mirare Cœlum, non abhorruit Rex Cœ-  
 li, diversorum peccatoris. Quid dicam  
 mi IESU? nunquid ut exeras à me, quia  
 Homo peccator sum? Imo vero id rogo,  
 ut, sicut miraculo es ingressus, alio Cor-  
 meum

meum miraculo Sanctifices: Cor meum  
terre affixum est, & tu illud, qui solus  
potes, cœlesti effice: ad omnem proprij  
arbitrii ventum mobile est; da, ut non  
nisi ad nutum placiti tui moveatur; ad-  
versis sustinendis debile est;. Tu illud  
præsentiaz tuae virtute confirma: rebel-  
lum perturbationum diversorum est, Tu  
illud, virtutum paradisum effice.

*Actus adorationis.* O Beata Trinitas,  
O Summa Deltas, O Divina Humanitas,  
O Corpus Salutis meæ Victima, O  
Anima amoris mei Officina, prosterno  
me humillimè coram Majestate vestra,  
& adoro submississime, Supremū meum  
Dominum, cuius me figmentum agno-  
sco, & è nihili mel Abysso veneror infi-  
nitam tuam Majestatem, intimèque gau-  
deo, te à Beatis Justisque in Cœlo, & ter-  
ra adorari, ac doleo ex animo, à repro-  
bis te, impli que offendit, & desidero, e-  
orum injurias vita etiam meæ, impen-  
dio compensare.

*Actus Gratiarum. actionis.* Quanto,  
mi

mi IESU, honore, me vilissimum tuum  
 Mancipium es dignatus! cui in cibum,  
 divinissimum corpus tuum obtulisti?  
 Quas tibi pro tanta dignatione gratias,  
 vel tota reddere potero æternitate! Ita  
 ne mecum uniri desideras, ut te ipsum in  
 cibum Animæ meæ digeras? Itane me  
 exaltare, ut te abijcias? Itane me dita  
 re, ut te prodigas? Itane me recreare, ut  
 te consumas! O Admirabile Charitatis vin  
 culum! O Verbum, quod pro me inter  
 pellat! O Hostia quæ me redimit! O Vi  
 ta, quæ me vivificat! O Caro, quæ me  
 resuscitat! O Deitas, in qua quiesco! O  
 Humanitas, è qua Salutem meam expè  
 cto! O dignatio! Hominem me pascit  
 DEus meus: Me peccatorem meus IE  
 SVS: Me terram, Cælum meum: me  
 malitiam, Bonitas mea. Quorsum illud,  
 Mi IEsu? Hominem me pascis ut DEus  
 sim: peccatorem, ut Salvus sim: terram  
 ut Cælum sim: creaturam, ut in Creato  
 re sim. Malitiam ut transeam in boni  
 tatem. Et cur non sum ille, toties pastus  
     à IEsu

à IEsu meo? Adde illud dono tuo, mi  
IEsu, ut sim qui esse debedo. Sed quid  
reddam, toties, & tam miris modis meo?  
Ego è nihilo egressus, in nihilum toties  
regressus, totus nihil, reddam tamen,  
quidquid sum, habeo, possum: Et quid  
quid deest de meo, redbo dealieno. O-  
mnes inquam Gratias, quas, Divina tua  
Humanitas, unquam Deo meo reddidit,  
aut est redditura; quas Virgo Mater, quas  
mentes Angelicæ quas omnes Beati, quas  
justi universi, unquam reddiderunt: o-  
ptoque ut in Cor meum transcant omnes  
illorum affectus, quibus dignas tanta Li-  
beralitate gratias, tandem rependam.

*Altus oblationis.* Offero tibi, Mi IE-  
su me ipsum, meaque omnia, jam pridem  
repetitis toties votis meis, tibi consecra-  
ta Offero proposita mea omnia, te dante  
concepta eaque desidero, Gratiâ tuâ ad  
iutus ad punctum explere: Offero quid  
quid largiente te habeo, te adjuvante pos-  
sum: Cor ut amet te; lingvam, ut lau-  
det te; manus, ut serviant tibi; pedes, ut  
sequantur

sequantur te. Offero firmum animi mei decretum, nunquam te peccato ullo lethali, sed nec deliberato ullo veniali, deinceps offendendi, perfectionem actionum mearum sectandi, molesta æquanimiter ferendi, in obsequio tuo perseverandi. Suscipe mi IEsu. totum me, & transfer in te, ut vivam jam non ego, sed tu in me, quoad ego in te tandem vivam beatè æternum.


*Actus Petitionis.* Sed quid Offero, Mi IEsu, ipse egentissimus? Cur paupertatem meam coram te non explico, tenuitatem meam non prodo, Infirmitatem meam non agnosco? Patere mi IEsu. me infimum mendicabulum tuum supplicare tibi: Ecce vitiis, & imperfectionibus plenus sum, munda me, Gratiis & virtutibus vacuus sum, dita me; morbis, & miseriis repletus sum, sana me; Dona veniam peccatori, relaxa poenam debitori. da Gratiarum & virtutum augmentum, largire perseverantiam in benecæptis, præsta Cor Mundum à contagiosis vitiosarum consuetudinum, à turbis perturbationum, ab insidiis temptationum, ab actionum tepore, vitae languore: præsta & Corpus sanum, & firmum ad obsequium tuum; Dirige ad placitum tuum, omnes animalia facultates, Intellectum Fide & Sapientiam tuâ instrue, affectum amore inflamma, memoriā præsentiae tuæ recordatione occupa.

Dirige eodem, & Corpus meum, omniaque  
ejus

1681

ejus membra; ut nullum unquam inde aberret: atque uti Divinitate tua, regebas Humanitatem, animam ejusdem & corpus, sensus, & membra: ita & in me eadem rege. Confer vires adversus ardua omnia, & difficultia: Serva humilem in prosperis, fortem in adversis, Dona Ecclesiae tuæ Pastores studio & curâ vigilis, vitâ exemplares: Justos in eadem multiplicata, Tepidos excita, peccatores justifica, Infideles illumina, afflitos solare, Adversarios concilia, Defunctos libera, da denique petere, quod tibi placet dare: obtinere, quod saluti meæ expedit.

Ad M.D.G.



95928y str0004223



Biblioteka Jagiellońska

